

Universitätsbibliothek Wuppertal

**Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive
Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios
Corps.**

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

De Canone Fidei

Chamier, Daniel

Frankfurt, 1627

Liber decimustertius, De Græca veteris testamenti editione

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-907

LIBER DECIMVSTERTIVS
De
GRÆCA VETERIS TESTAMENTI EDITIONE.

Caput Primum.

QVÆ SIT AVTORITAS EDITIONIS GRÆCÆ VETERIS TESTAMENTI.



Endicauimus suam fontibus Hebraicis & Græcis sinceritatem, authoritatemque: quam vtramque sartam testamque conseruari Ecclesiæ tam intercessit, quam quod maxime, ipsa teste experientia. Nā & paulatim creuerunt errores, varijs, magnique, cum ijs fontes abscondi cœperunt, remouerique ab oculis Christianorum, ut multis factum est seculis: Ethodie nemo riuius turbidos, infestosque tam amat, admiratur, & teneatur, quam qui eisdem errores detegi & gerimie patiuntur, imo proflus non pa- tiuntur: quod esse Papistarum ingenium omnes norunt.

I. Nunc quid iudicandum sit de Græca & Latina editione viden- dum. De Græca igitur sic Papistæ sentiunt. Bellarminus libri secundi de Verbo Dei capite sexto: certissimum esse vult Septuaginta Interpretates optimè translatisse, & peculiari modo Spiritum Sanctum assistentem habuisse, ne qua in re errarent, ut non tam Interpretates, quam Prophetae fuisse videantur. Stapletonus parcimone, atque obiter tantum huius editionis laudes attingit ad quartum argumentum articuli primi, quo disseritur de autoritate editionis Hebraicæ; obiectis Græcæ editionis mendis. Pronuntiat tamen Septuaginta interpretes diuino plane Spiritu il- lud opus fecisse. Petrus Sutor Sorbonicus Carthusianus multo animosius disputat capite quarto & quinto de Tralatione Bibliae, sumitque probandum interpretationem Septuaginta diuinam, diuinitusque factam esse, hoc est miro quadam modo, & diuino propheticoque Spiritu: ideoque esse Ec- clesiæ vitem, probatam atque authenticam.

III. Nos vero hanc Græcam editionem concedimus utilissimam fuisse humano generi; quod iam ante Christum, ita paulatim assuefieri coepit cœlesti doctrina, &c, in mediis idolatriæ tenebris, habere veritatis lucem, ac credo profelytos multos esse factos ex hac tantorum mysteriorum communicatione. Sed & ad Ecclesiam Christianam magnum inde fructum peruenisse, docuit experientia: cum aliquot seculis vix aliter, si: e. Græcis siue Latinis, Vetus Testamentum cognitum fuerit. Nam etsi extabant aliæ versiones, tamen haec erat celeberrima, omnibusque maxime cognita.

IV. Authoritatem vero agnoscimus non maiorem, quam esse potest alicuius interpretis; suo scilicet ordine & loco, longe post ipsos fontes, ex quibus corrigenda sit, si opus est. Itaque neque diuinam agnoscimus, aut propheticam: neque authenticam. Sed profectam à spiritu, pio illo quidem, sed tamen humano, qui labi & errare potuerit: atque etiam reapse errauerit, siue quod linguas non exacte cognitas haberet: siue ipsa mysteria non pe- netrauerit, siue alium sibi aliquem proposuerit finem, quam solam & sim- plièm versionem eorum que in Hebraicis legebant: siue aliam quamlibet ob causam.

V. Ceterum notanda est aduersariorum in hoc argumendo diuersitas. Non enim eodem sensu nominant editionem Septuaginta. Nam Bellarminus ita disputat, ut editionem intelligat, non quem hodie habemus: sed qualis fuit ab initio. Hanc enim concedit ita esse corruptam & vitiatam, ut omnino alia esse videatur: itaque videri possit id quod de autoritate dixit, nolle de hac dictum. At vero Petrus Sutor, & Stapletonus, absolute quidem loquuntur de editione Septuaginta: sed cum de hac, quæ hodie præ manibus est, nihil excipiant, videntur ei hanc ipsam, quam nominarunt, diuinitatem applicare.

VI. Et si autem multo prudentior sit Bellarmini distinctio, verisimiliorque sententia: tamen nos censēmus eos quidem periculosius errare, qui nihil distinguunt: nihilominus ne Bellarmino quidem satis recte indicare. Itaque vtramque sententiam impugnamus: nempe siue hanc, quæ hodie manibus teritur, siue illam etiam, quæ primo ab Interpretibus facta est, esse authenticam. Sed audiamus Papistas suam probantes.

CAP. II.

An sit authentica editio Græca Testamenti Veteris, quia ea vñsi sint Apostoli.

I. Illa translatio mire, diuinitusque facta proflus censenda est, qua ceu diuina vñsi leguntur Apostoli Christi: Atqui Apostolos ipsos translatione huiusmodi vñsi fuisse, & ex ea testimonia defunxisse, memoria proditum est: Ergo ea mire diuinitusque facta est. Sic ad verbum Petrus Sutor, fœde lapsum in formando arguunt. Nam in maiore posuit non simpliciter

Apostolos vñsi esse Translatione Græca: vt in Assumptione: sed vñsi esse tanquam diuina, quod non est auctor assumere. Videtur enim esse meram petitionem principij. Hoc quidem certo constat; Apostolos vñsi esse hac editione, sed vñsi esse tanquam diuina; hoc vero non sumendum, sed probandum fuit. Sutor autem, nec probare potuit, & erubuit sumere.

II. Bellarminus, dum cauit ab hoc errore, argumenti solutionem redidit faciliorem. Apostoli (inquit) hac versione frequenter vñntur, ut ex eorum citationibus patet, & aperte assentit Irenæus libro 3. c. 25. imo etiam ipse Hieronymus præfatione Euangeliorum ad Damasum. Erat igitur hæc argumenti forma: Omnis editio Biblorū, qua Apostoli frequenter vñsi sunt, facta est Spiritu peculiari modo Interpretibus assistente, ne qua in re errarent. At editione Septuaginta Interpretum Apostoli frequenter vñsi sunt. Ergo ea facta est Spiritu peculiari modo Interpretibus assistente. Et probatur minor, cum ex citationibus, tum ex Irenœo, & Hieronymo.

III. Respondeo Bellarminum sophisticè agere: tum occultando præcipuam syllogismi partem, nempe maiorem, in qua est *τὸ εὔορθον*; Et confitmando minorem, de qua nemo questionem mouit. Est enim manifesta cuiilibet, qui vel tantillum operæ posuerit in conferendis locis, quæ magnō occurruunt numero. Quanquam Irenæum male testem allegavit. Nam is capite vigesimo quinto libri tertij ne verbo quidem meminit allegatorum ab Apostolis locorum: sed tantum assentit Apostolorum prædicationem, concordare cum Prophetarum prædictionibus, que in editione Septuaginta habeantur. Apostoli (inquit) cum sunt his omnibus vñstis, consonant prædicta interpretationi, & interpretatione consonat Apostolorum traditio. Etenim Petrus, & Ioannes, & Mattheus, & Paulus, & reliqui deinceps, & horum sectatores, Prophetica omnia ita annuntiauerunt, quemadmodum seniorum interpretatione continet.

IV. Stapletonus ad hoc argumentum responderet, Christum & Apostolos vñsi esse Septuaginta Interpretum versione, pura & incorrupta; que postea sit depravata. Vide conicio eius sententiam eandem esse cum Bellarmino; videlicet, editionem Græcam diuinam fuisse ab initio; non vero talen, qualis nunc exstat. Sed nihilominus solutio non valet. Ratio est, quia nunquam interpretatio fuit authenticæ: neque vñquam caruit suis peccatis, siue ante Christum, siue post Christum. Sed & corruptam fuisse post Christum, quo argumento probatur, aut quo iudicio significatur? Saltem ostenderent aliquem ex primis post Christum Patribus, Irenæum, Iustinum, & similis, qui locum aliquem citent, quem hodie in editione Græca legamus aliter.

V. Ergo sane infinitos compéri *ἀντεξέγοντα* recitatos, ut leguntur etiamnum hodie. Exempli gratia. Initium Genesios Iustinus tum alibi, tum in exhortatione ad Gentes legit *εὐ θεον ἵνα οὐδὲ τίνειν τὸν γάλακτον*. Nec aliter Irenæus libro primo capite decimoquinto, *In principio fecit Deus celum & terram*. Idem Iustinus, *εὐ θεον ἵνα οὐδὲ τίνειν τὸν γάλακτον*: *καὶ πάντα τὰ εἰσφέγοντα εἰς τὸν γάλακτον*. Infinita eiusmodi colligi possunt cum ex his, tum ex Origene, & Hieronymo, & alijs. Quinetiam Psalmos omnes fatentur Latine haberi ex Septuaginta interpretatione: Et iij consen- tunt cum Græca, quam habemus, versione.

VI. Atque hæc quidem anno; non vt negem corruptam fuisse, vñqui editionem Græcam. Nam sepius & disertius affirmat Hieronymus, quam vt ego contradicam. Sed vt ostendam ex iis ipsis locis, quibus remansit integra, inutile esse Stapletoni *κριτικὴν*, quia certum est, iis ipsis locis Senioris sepiissime discellisse ab Hebraicis fontibus. Itaque non valere distinctionem temporum; ut esset quidem eorum editio authenticæ, tum cum in vñsi erat Apostolorum; deinceps autem minime.

VII. Itaque potius nego maiorem. Non enim sequitur, Apostoli vñsi sunt ea editione: ergo est authenticæ, siue diuinæ. Nam Paulus vñsi est etiam prophanorum librorum testimonij, qui tamen propter ea non sunt diuinæ. Ceterum, quia scripserunt Græce Apostoli, facile vñsi sunt ea editione, que tū sola Græcis erat cognita: non vt eam redderent authenticam: sed vt accommodarent se iis, quos instruendos suscepserant.

VIII. Nam alioqui patet non ita se vel Christum vel Apostolos illi ad- dixisse, ut ea nunquam discederent. Nam sepe veritatem Hebraicam præferabant, ut obseruauit Hieronymus lib. 2. contra Rufinum. *Απόστολος* viri (inquit) *Scripturis vñtumur Hebraicis: ipsos Apostolos & Euangelistas* hoc fecisse perficuum est. Dominus atque Salvator, ubiunque veteris Scriptura meminit, de Hebraicis voluminibus ponit exempla: ut est illud: *Qui credit in me, sicut Scriptura dicit, flumina de ventre eius fluent aqua viva. Et in ipsa cruce Eli Eli lamme azautani: quod interpretatur, Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti? non ut à Septuaginta possumus est, Deus meus, resifice in me, quare me dereliquisti? Et multa his similia. Nec hoc dici- mus, quod Septuaginta interpretes suggerent, sed quod Apostolorum, & Christi maior sit autoritas: & ubiunque Septuaginta ab Hebreo non discordant, ibi A- postolos de interpretatione eorum exempla sumptissime: ubi vero discrepant, id postu- se in Greco, quod apud Hebreos didicerant.*

XI. Et sanc non frusta dixit Hieronymus alia posse similia reperi: Ego nonnulla collegi. Matthæi 2. εἰς Αἴγυπτον εἰπάλειται παῖς φέρεις: ut est Hebraicæ apud Oseam 11. at Græce μὲν τινα ἀνθρώπον: filios eius: pto, filio meo. Matthæi 4. ὁ λαὸς καθημένος εἰς σκόπον εἶδε φῶς μέρα. καὶ τὸς καθημένοις εἰς χώρας καὶ σκιὰς θανάτου φῶς αὐτοὶ πάλιν εἰν τοῖς. Populus positus in tenebris vidi lucem magnam: & positus in regione & umbras mortis, lux exorta est. Græce est φῶς αὐτοῦ: φῶς αὐτοῦ, lux exortetur super vos. Cap. 8. αὐτὸς παῖς εἰς οὐρανὸν εἰλαβε, καὶ τὸν οὐρανὸν εἰπάσθη, Ex Esaiæ 53. vbi tamen Græca est, εἰς τὸν αὐτοὺς πονηρὸν θεοῦ οὐρανόν, παῦλον remorius ab Hebraeo. Matthæi 12. οὐδὲ οὐτοις με, οὐ κρίποις οὐχιτός με, εἰς δὲ οὐδόντον οὐ ψυχή με. Ex Hebraeo: nam Græce legimus. Λακωνίῳ ποτε με αὐτὸν θεούς εἰπάσθη. οὐ σφαλὴ οὐ σκλητὸς παρεπεδίζαντο αὐτὸν θυγάτην. His omnibus atque alijs multis locis dilectum est à Græca editione. Itaque certum est, hoc facto Ecclesiæ esse admissum, ut illa sic vtratur, ut tamen non dubitet exigere ad Hebraicam originem: id est, ne censeat esse authenticam.

XII. Augustinus ergo multo scriptis consideratius epistola 10. cum Hieronymum dehortaretur à vertendis ex Hebraeo Scripturis Sanctis; hoc Apostolorum vsu, non authenticam probauit editionem Septuaginta, sed tantum habere magnum pondus. Neque enim (inquit) paruum ponens habet illa, quæ sic meruit diffamari, & quæ rōlos Apostolos non solum res ipsa indicat, sed etiam te attestatum esse memini. Intra hos se cancellos si confineant aduersarij, nihil est quod obstatamus: sed illi profecto nimis excurrunt, cum diuinitatem quandam his assignant interpretibus.

C A P. III.

An authenticas sit Editio Græca, quia Ecclesia illa usitata est.

I. Hic argumento vicinum est argumentum, ab vsu Ecclesiæ; quæ multis seculis eandem interpretationem sequuta est, vt scribit Hieronymus præfatione 1. in Paralipomena. Augustinus etiam 18. de Civitate Dei, capite quadragesimo tertio, tradit, etiæ fuerint alij interpretates, qui ex Hebraica lingua in Græcum sacra eloquia transtulerint, hanc tamen quæ Septuaginta est, tanquam sola esset, sic receperint Ecclesiæ, eaque vii Græcos populos Christianos, vt plerique corum, verum alia sit aliqua, ignorant: ex eademque in Latinam linguam interpretatum esse, quod Ecclesiæ Latinæ tenerent. Syllogismus est: Quæcunque editio in vsu fuit ab initio Ecclesiæ, ea est authenticæ. At editio Græca Septuaginta interpretum in vsu fuit ab initio Ecclesiæ. Ergo ea est diuina & authenticæ.

II. Respondeo primo, maiorem falsam esse. Neque enim potest Interpretibus Septuaginta maiorem autoritatem Ecclesiæ tribuere, quam Christus & Apostoli. At superiori capite iam ostendimus, etiam si corum editione vii sint Christus & Apostoli; non tamen concludi eam esse sive diuinam sive authenticam. Ergo multo minus sperare debent aduersarij se id ei iustos ex vsu Ecclesiæ.

III. Secundo ad minorem; nego Ecclesiæ vniuersam hac tantum editionem vsam esse. Nam vt hoc ab ipsis initius exemplum sumam, Ignatius ab ea sepiissimè discedit, vt plurimi locis Epistolarum eius obseruauit. Epistola ad Trallianos ex Zachariæ 12. οὐ φέρει εἰς οὐτε κινητούς, καὶ κόντρα εἰς ιαντούς εἰς ιαντούς. Videbunt in quem compunxerunt, & plangent super seipſis, tanquam super dilectos. Sed Græca editio habet, καὶ ιαντούς φέρει εἰς ιαντούς, εἰς ιαντούς φέρει, καὶ κόντρα εἰς ιαντούς φέρει οὐτούς οὐτούς. Et sufficient ad me, pro eo quod insulæ auerunt: & plangent super seipſum quasi super dilectum. Epistola ad Magnesios è 62. Isaïæ. ελατερία οὐρανού καὶ φῶς οὐ κύριος. οὐρανού εἰς τούς, καὶ εἰς λαός ζητοῦ. Vocabitur nomine nouo, quo Dominus vocabit eum: & erit populus sanctus. Apud Septuaginta sic habemus: καὶ καλέσεις τὸν οὐρανὸν τοὺς οὐρανούς, οὐ τὸν οὐρανόν τοὺς οὐρανούς. Et vocabit te nomine tuo nouo, quod Dominus nominabit. Epistola ad Tarsenses ex Proverbiorum 8. ηγετερία τοῦ οὐρανοῦ, συνταξήν τοῦ οὐρανοῦ: οὐ τοῦ οὐρανοῦ οὐρανού, καὶ τοῦ οὐρανοῦ μετανοῆσεν τοῦ οὐρανοῦ. Cum faciebat cœlum, aderam ei. Et ibi eram cum eo concinnans, & ille gaudebat mecum quotidie. At apud Septuaginta & propter illam est οὐρανός. Et postea ηγετερία: pro τοῦ οὐρανοῦ μοι. Et denique illud καὶ οὐρανός discipritura à suo contextu, relegaturque ad initium sequentis versiculi. Epistola ad Philippenses ex Malachiæ 2. εἰς τὸν οὐρανὸν οὐρανός, εἰς τὸν οὐρανόν, τοῦ οὐρανοῦ τοῦ οὐρανοῦ, Nonne unus Deus creauit nos? nonne unus est pater omnium nostrum? Septuaginta reddiderunt in secunda persona, νοι, &c., vestrum. Item ex 30. Proverb. τὸν οὐρανὸν, τὸν οὐρανόν τοῦ οὐρανοῦ. Quod est illi nomen, aut quod nomen filio, ut norimus? Septuaginta pro τὸν οὐρανόν habent τοῦ οὐρανοῦ τοῦ οὐρανοῦ, natus eius. Et οὐρανός, ut noris. Epistola ad Polycarplum ex Esaiæ 53. οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ εἰλαβε, καὶ τοῦ οὐρανοῦ οὐρανός εἰλαβε. Ipse infirmitates nostras assumpsi, & morbos nostros tulit. Græca editio. εἰς τὸν οὐρανόν μετειστρέψας φέρει, καὶ οὐρανὸν οὐρανόν τοῦ οὐρανοῦ. Ipse peccata nostra portat, & pro nobis dolet.

IV. Hæc de multis pauca: ex quibus appetit quanta libertate vsus sit Ignatius in citandis Scripturis. Et fateor quidem nonnunquam longius recessisse à veritate Hebraica, quam Septuaginta Interpretates: Sed vicissim ne mo potest negare id rarius accedere: at sibi longe adhærere fonti fidelius. Nimirum Episcopus erat Antiochiae: ideoque cognitam habuit linguam sanctam, cuius διαφορά quædā est Syra dialectus, qua utebantur Antiocheni.

V. Ad hanc testatur Hieronymus in Ecclesia Danielem fuisse lectum ex Theodotionis, non autem è Septuaginta Seniorum editione. Primum ergo, hac certe parte, Ecclesia Senioribus postposuit Theodotionem: quod unquam factum esse quis credat, si credat Ecclesiæ Senioris illos habuisse pro Prophetis, corumque editionem adeo exactam, vt nihil peccauerit, proptereaque authenticam? Itane vero, in Ecclesiæ arbitrio positum est, vt quæ authorem habent Spiritum Sanctum, ea vel recipiat vel seponat? At contra factum in Euangelistis; qui, etiæ omnes eandem Seruatoris vitam descripsunt, alij fusi, alij breuius, alij sublimius, alij simplicius, tamen quia omnes à Spiritu afflati, ideo omnes retinentur, & qualemque habent autoritatem.

VI. Rufus, qui vir Theodotion fuit? Nunquam Catholicus. Sed primo hereticus, ex impio Marcionitarum grege, quibus vix alias nomines, magis aduersarios Catholicæ fidei. Deinde manifestatus Apostata; factus Iudeus. Et hunc aliquis credit inspiratum à Sancto Spiritu? Etiam post detestandam

Apostasiam? Nam vertendis Scripturis tuum demum manum admouit, quod Iudeus factus est. Patet ergo non sequi: si Ecclesia vtitur aliqua editione, ergo eam esse à Spiritu Sancto. Posse autem aliquid in Ecclesia esse authenticum, quod profectum sit à spiritu humano, non autem diuino, nonopus est, vt negent: omnes enim satis vident non posse. Rursum ergo non sequitur, eam esse authenticam editionem, qua Ecclesia Catholica vtitur.

XII. Quod si authenticam primi Christiani agnouissent, tum esse portebat integrum conferuari, puramque & putam. At hoc non est factum. Cum primum enim Origenes eam contulit cum Hebraico contextu, videlicet que non partam esse discrepantiam, tum ausus est editionem nouam cedere, hoc artificio, vt Senioribus Theodotionem misceret, adhibitis asteriscis & obelis, quibus & quæ minus fuerant indicabantur, & quæ superfuebant, iugulabantur. Quod opus nemo negare potest fuisse ab ingenio humano. ut Theodotionem spectes, quem iam diximus, sive Origenem.

XIII. Et tamen hæc editio statim suscepta est, tanta oīnum approbatione, vt brevi Bibliothecas Ecclesiæ omnes repleret, vixque vnu australiter inueniret liber, in quo Seniorum editio pura eset: teste Hieronymo Epistola 89. ad Augustinum. Atque hanc editionem illam esse Bellarmine suspicatur, quam nūn appellabat, forte, non proflus αγράφων; etiæ ferupulum moueat Hieronymus, qui præfatione in decimum librum commentariorum in Esaiam εἰς τὸν οὐρανόν haberi dicat versus illos Psal. 13. qui sane neque Seniorum erant, neq; in Theodotionem cadere potest: quorum illi ante Christum fuerunt: nec diuinare potuerunt, quid aut quomodo Paulus Scripturus eset. Ita vero, etiæ post Christum, tamen fuit Apostata; itaque nunquam quæsisset Apostolo gratificari.

XIV. Quid de Latinis Ecclesijs dicam? Nam has etiam primum vsas esse editione Septuaginta sciunt omnes: sed non tanquam authenticæ, quod ex euentu ostendo. Nam Hieronymus eam primo labore emendauit ad Origenis imitationem: quod ipse restatur scribens ad Augustinum. Illa interpretatione Septuaginta Interpretum est: & ubi cuncte virginis, id est, obelis sunt, significatur quod Septuaginta plus dixerint, quam habetur in Hebrao: ubi autem asterisci, id est, stellulae præludentes, ex Theodotionis editione ab Origene additum est. Quam diligentiam Augustinus mirabilem appellat, tantum abest, vt damnet. Postea vero proprio labore totum opus aggrediuntur: ipse Hebraica vertens in Latinum sermonem. Et hic paſlus est contradictiones & multas & violentias, cum à Rufino, tum ab alijs: imo ne Augustinum quidem fatus erit. Postea tamen hunc laborem probauerunt Ecclesiæ, eoque via sunt, paulatim seposita illa prima è Græco facta versione. Itaque sequitur, neque Græcas neque Latinas Ecclesiæ credidisse interpretationem Septuaginta Seniorum esse authenticam.

XV. Dicam aliquid amplius: scilicet in Ecclesia Christiana nullam vnuquæ fuisse editionem authenticam, excepta Hebraica Veteris, & Græca Novi Testamenti. Nam id opinor in Ecclesia Catholica dicendum est authenticum, quod apud omnes autoritatem habet, non autem apud quosdam tantum: nisi velimus fidem pro variis locis & temporibus esse variam: quod quis pius ferre possit? At eiusmodi fuit editio illa αγράφων: cuius autoritatem agnouerunt non tantum Hebræi, hoc est, in Iudea collectæ Ecclesiæ; sed etiam Græci, vt patet ex Origene, eiusque emendatione editionis Septuaginta. Sed & Latini, vt ex Hieronymo, Augustino, reliquis, euincitur. Item ex eo quod nemo vnuquæ fuisse Hebræorum, sive Græcorum, sive Latinorum, in animum induxit eam vel corrigit, vel immutare, vel quoquo modo aliam facere. Nec alios codices Latini proferebant, alios Græci, alios Iudei.

XVI. At reliqua editiones varia fuerunt, non tantum Latinae, vt Italica, & Hieronymiana, quæ amba erant in vsu tempore Gregorij magni: sed etiam Græcae, de quibus nominatim nunc agimus. Hieronymus enim Ecclesiæ Græcas cum trifariam distribuit, tum singulis suas editiones assignat. Quæ Ecclesiæ ad Alexandriam pertinebant & Ægyptum, Hesychij editionem amplectebantur. Quæ vero à Constantiopoli erant ad Antiochiam vnde, Luciani Martryis exemplaria laudabant. Mediae vero inter utrasque Provincie Palæstiniæ codicibus utebantur. Discedant paululum à seipſis si possunt, vnde veritati noceat ingenij Jesuitici prædicata perueritas, & sincere respondent, quam cui me præferre velint, Hesychii-ne editionem? At obstatum Constantinopolitani, Antiocheni, Palæstini. Quo iure autem his neglectis illis adharcem? Nam hi, quod sciam, Oecumenicum Pontificatum sibi non vindicant. Præferam-ne igitur Lucianum? Quasi vero suum tam facile damnari iudicium passuri sint Alexandrinii & Ægyptij, vt taceam Palæstinos. Illud ergo certe potius credam, singulis suas esse permittendas, dum omnibus vna constet certa & authenticæ, nimurum αγράφων: quemadmodum homines Germani suam habent, Galli suam, & Angli suam. Itali etiam & Hispani, nisi illos Inquisitio Hispanica dementaret, vt ne velint Christum audire loquentem lingua.

C A P. IV.

An editio Septuaginta facta sit inspirante Spiritu.

I. Omnis Biblorum editio, quæ facta est inspirante Spiritu Sancto, ea est diuina & authenticæ. At Septuaginta Seniorum editio facta est inspirante Spiritu Sancto: Ergo Septuaginta Seniorum editio est diuina & authenticæ.

II. Assumptionem probant, ex modo quo primum editio facta est. Nam Septuaginta duo illi viri totidem cellulis distincti, singuli opus aggrediuntur, se pararent, tam conformes sunt inuenienti: vt non tantum sensus idem esset, sed etiæ voces omnes, tanquam ex composito alteri alteri dictassent. De diuersis cellulis prolixe Irenæus lib. 3. c. 25. & citatur ab Eusebio hist. lib. 5. c. 8. Et Iustini in exhortatione ad Gentes: Cyrillus catechesi 4. Clemens Alexandrinus Stromat. 1. August. de Ciuitate Dei lib. 18. c. 42. Epiphanius etiam libro de Men-

LIBER DECIMVSTERTIVS. CAP. IV.

227

Futis & ponderibus: vno tamen ab aliis distans, quod non singulis, sed binis singulas cellas tribuit: ut etiam Iustinianus constitutione 146. Numerum dicrum, notant Iosephus, Cyrilus Hierosolymitanus, Cedrenus, Zonaras, & Idorus de officijs Ecclesiasticis lib. i. c. 12.

III. Proban secundo, auctoritate pluri morum Veterum, quos in magno numero colligit Iodocus Coecius Thelaurei Catholici lib. 6. artic. 2. Hi magna consensu viris illis Spiritus Sancti vindicant afflictum: atque adeo Prophetarum nomine dignantur eos: quidam translationem comparant cum corundem librorum restituione, quam ferunt ab Esdra fuisse factam.

IV. Respondeo, Spiritu Sancto inspirari omnes fideles quoties aliquid agunt boni: vnde dicuntur *Super dominum vestrum*: prioris ad Thessal. 4. *Ipsi diuinatus docti estis ut diligatis alii alios.* Ad. Rom. 8. *Vos non estis in carne sed in Spiritu: si quidem Spiritus Dei habitat in vobis: Quod si quis Spiritum Christi non habet, ita non est eius.* Et possunt mihi præterea loci ex Scripturis colliguntur sententiæ

V. Sed eius afflatus varijs sunt gradus, inter quos primus & summus ille est, quo sic mouentur homines, ut immediate, & ex ira ordinem illuminentur, sicut olim Prophetis accidit & Apostolis, quos extra omnem comparationis aleam doctores habemus a Deo constitutos. Post hos maxima est ~~etiam~~^{etiam} donorum Dei, & ut Apostolus loquitur, Spirituum differentia: ut hi plus, illi quidem minus de infinita abundantia acceperint: nemo tamen ita ut accedat ad illos primos. Et quamuis longe ab iis absint, nihilominus a Spiritu Sancto, agi dicuntur. Sic Gaudetius in tract. de Ordinatione sua de Ambrosio tum praente: *Loquetur (inquit) Spiritu Sancto, quo plenus est, & flumina de ventre eis fluent aqua vina.*

VI. His ita distinctis, si argumentum intelligatur de ordinaria inspiracione, negatur syllogismi maior propositio. Nam si vera esset, sequeretur omnia, quia sinceri pastores, vel viua voce docent, vel calamo exarant, esse diuinam & authentica: puta, Hieronymi, Augustini, Ambrosij, Athanasij, reliquorum opera. Quod est falsum & absurdum. Ego enim (inquit Augustinus) solius Scripturarum libris, qui iam Canonici appellantur, didici hunc honorem timorem, deferre, ut nullum eorum autorem scribendo aliquid errasse firmissime credam. Altos autem ita lego, ut quantalibet Sanctitate doctrinaque prepolleant (en tibi inspirationem ordinariam) non ideo verum putemus quia ipsi ita senserunt. Ergo, inquam, non habes Augustine pro mere diuinis, pro authenticas. Quare ne nos quidem debemus.

VII. Sin autem argumentum sit intelligendum de primo illo inspirationis extraordinarii gradu: Negatur minor. Alias non tantum improuide dixisset Augustinus se foliis authoribus librorum Canonorum, hunc honorem deferre, vt crederet nunquam eraſſe, quibus verbis comprehendendi non posunt interpretes, quos authores appellari librorum quos interpretantur, nulla ferre potest aut ratio aut consuetudo. Sed etiam impie addidisset, se, si quid in iis libris occutrat, quod videatur contrarium veritati, credere vel vitiosum codicem, vel interpretem non assequutum quod dictum est. Quæ verba manifeste interpretum omnium, certe eorum quibus Augustinus vobatur, autoritatem concutiunt. Viebatur autem Septuaginta senioribus, non tantum quia Latina versio, quæ tū erat, ab iis fluxerat: sed etiam, quia Graece sciebat. Unde sequitur Augustinum credidisse etiam ipsos Septuaginta interpretes aliquando non esse assequitos, quod à facrorū librorū autoribus dictū est. Ergo, inquam, ne afflatis quidem extra ordinem, sic ut errare non potuerint.

VIII. Ad primam probationem, dico hoc certissimum esse; tempore Pto-
lomai Philadelphi Septuaginta duos seniores huius versioris authores ex-
stissee. Quaecunque autem præterea sigillatim dicuntur, valde esse incerta.
Et videri veteres viros bonos, vt huius operis dignitatem extollerent multa
etiam de aliis, ut fere fit, addidisseque alios alia, quo narrationis maiestas
religionem quandam ingeneraret hominum animis: maxime Iudæos fabu-
lis iampridem assuecos, à quibus facile fuit rumorem dissipari. Nec mouet
me, quod Aristæi liber eiusmodi mirabilia multa continet, quandoquidem
hunc librum & Ludouicuſ Viues, & Leo à Castro, alij etiam viri docti cen-
tent esse suppositum, atque à Iudæis confitūm. Nam quod se Bellarminus
horum iudicio moueri negat, cum omnia quæ apud Iosephum, Tertullia-
num, Eusebium, Hieronymum ex Aristæo proferunt, in eo qui nunc extat
libro reperiantur: Viderit ille sane quo iure. Nam ita facile fuit hinc inde
collecta in unum contextum confluere, vt libellus conficeretur Aristæi no-
mine. Potuerunt etiam illi magni viri suppositi tij Arifles nomine decipi, vt ea
amplecterentur quæ audaculus Verba committere esset.

IX. Suspicionis causæ variæ esse possunt: tam hæ. Prima quod curiositate tantum motus rex dicitur ad Iudæorum libros conquirendos: eadem inquam curiositate, qua & reliquos vndiq; comparabat. Et tamen cum adsererunt libri, totus in religionem solutus. Nam & seipso adorauit: & gratias egit Deo: & præ gaudio in lacrymas effusus est. Quid deuorius agere posuitset David: Et quidem, si legem nouisset, tolerabilius futurum erat signatum. Sed ante quam Demetrius indicaret, ne suspicatus quidem erat hos litigios esse in rerum natura. Et ipse Demetrius, satis indicauit se tantum de auditu nouisse, cum Interpretibus opus esse dixit. Vnde igitur Regi ante interpretationem tanta pietas?

Aristeūs autem rem appellat visu mirabilem; ob quam rex obstupefactus, hę sitauerit, septiesq; adorarit. Quasi illa magnum aliquid ad pietatem conseruant, & maiestatem legi addant. Tolerabilius, si fixiliter aliquis, missos ipsos à Moze primum scriptos codices, id est, iplissima legis *aw*, ¹²⁰⁰ At Eleazarus Epistola ad Ptolomaeū, testatur Septuaginta illos seniores fuisse delectos, ad describendum. Huc refero illas Septuaginta duas quæstiones, singulis senioribus singulas propositas, ad quas cum illi responderent ex tempore; mirum quātis laudibus euhuncur, quantis acclamatiōibus excipiuntur; quā nihil vñquam vel æquale, vel simile auditum esset: legentiumq; fidem excederet, & maiora essent quam quisquam credere posset. Nam & hoc affiserunt

XII. Hæc, aliaque similia colligi possunt humilis ingenij indicia; parum digna Aristœo; quem magnum aliquem virum esse oportuit; magnis rebus innutritum, tanto regi familiarem. Quid? quod mendacia nonnulla deprehenduntur? Quod mos Iudæorum fuerit, manus in mari prius lauare, quam Deo preces funderent. Mitto lotionem manuum, quam mensæ accumbentibus consuetam fuisse scio: sed illud de mari, quis credat? Quid? quod ad Interpretationis recognitionem, nescio quomodo vno momento præsentes fistuntur, & vrbium legati & multitudinis principes: qui vna omnes obtestantur, recte sanctæq; singula esse interpretata, beneq; se habere si sic permaneāt, neque vel minimum aliquid immutetur? Addit Iosephus potestatem factam omnibus ut obseruerent, si quid aut decesseret à lege, aut additum esset ad legem. Et tamen nemo negare potest fuisse quædam prætermissa, quædam ad dicta. Poteramus etiam querere, vnde tanta iudicium turba, nisi Iosephus dixisset fuisse, à Rege congregatos r's Iudæus & navias; quod tamen si verum est, unde Aristæi vrbium legati, & multitudinis principes?

XIII. Porro illas sépuginta duas cellulas, disturbauit sua autoritate Hieronymus. *Nescio* (inquit præfatione in Pentateuchum) *quis primus auctor se puginta cellulas Alexandria mendacio suo struxerit, quibus autem, eadem scriptarint: cum Aristata eiusdem Ptolomei vero et aliorum & multo post tempore Iosephus, nihil tale retulerint, sed in una basilica congregatos contulisse scribant, non prophetasse.* Et præfatione in Paralipomena, eas cellulas ait, vulgo sine auctoritate. Augustinus, et si alias, id est, lib. 18. de Ciuitate Dei; hunc separatum laborantium admirabilem consensum iactaret; tamen dubitare coepit; lib. 2. de Doctrina Christian. c. 15. & ad Hieronymum Epistol. in 2. Hieron. rom. 8c.

XIV. Nostro tandem seculo Hieronymi autoritate tanquam fulgure percussi: non tantum Driedo Papistaru modestissimus, negat hoc curiosè dis-
cendum, alterutrius parti insistendum pertinaciter. Sed etiam Petrus Su-
tor, dicit huius rei plenam certitudinem haberit non posse: & alterutrum par-
tem semota temeritate ac pertinacia probabiliter teneri. Sed Bellarminus,
probabiliorē existimat eorum sententiam, qui Septuaginta illos viros com-
municasse inter se asserunt: in eoque miraculum constituant, quod tot homi-
nes potuerint conuenire in singulis sententiis conferendis. Itaque hæc insfir-
ma, imo nulla erit assumptionis probatio.

XV. Quod attinet ad numerum dierum septuaginta, quibus totum opus sit perfectum: facile respondeo, id annotatum à Iosepho, qui non totum corpus Veteris Testamenti translatum censeret, sed tantum quinque libros Mosis: Ab Aristæo etiam, qui nunquam nisi legem nominat, ut & Philo. Quod si esset, tum nihil est miraculi. Nam & hodie existimo ab homine laborioso breviori spatio id posse confici. Et Hieronymus testatur se libro Tobie vnius diei laborem tribuisse: libro Iudith vnam lucubratiunculam. Cardinalis Gairanus omnes Epistolas Noui Testamenti, & Actorum librum recepsit ad veritatem Græcam, & annotationibus illustravit, intra spatum circiter decem mensium. Præterea hunc dierum numerum multo maxima autoram pars negligit: Philo, Iustinus, Ireneus, Clemens, Eusebius, Epiphanius, Tertullianus, Hilarius, Philastrius, reliqui: exceptis duntaxat Aristæi hoc libello, item Iosepho, Cyrillo Hierosolymitano, Isidoro Hispalensi, Cedreno & Zonara. Itaque ne hac quidem vila demonstratio esse potest.

XVI. *Supersunt Veteres*: corum fateor esse magnum numerum, qui huius editionis Græcæ maximè fuerunt admiratores: sed iij, ut plurimum Hebreæ linguae imperiti: proinde iudices cœci de coloribus pronunciantes. Nam & Augustinus meritis coniecturis nouas versiones impugnabat: quas merito irridebat Hieronymus. Horum lapsum inde facilius percipimus, quod editio nem admirarentur, qualem habebant: id est, ut ex Hieronymo discimus, corruptam depravatamque locis infinitis: ut reliqua taceam, quæ ipsis autoribus merito imputanda sunt. Si igitur illi tot errores defenderent, quis ausit in ea re corum iudicio standum pronunciat?

XVII. Itaque, qui Hebraice docti erant, ut Origenes apud Graecos, Hieronymus apud Latinos, et si multum deculerunt Seniorum autoritati: tamen non veriti sunt conferre cum textu originario, ex coequo de omnibus aliis editionibus sententiam ferre: ne hac quidem Graeca excepta. Hieronymus certe multis locis nominatim Prophetas distinguunt ab interpretibus. Quid autem causa adferri potest, ut nos his multo magis deferamus viris doctis, quam inititis alijs, qui Hebraice ne elementa quidem nouerant? Maxime cum res ipsa per se loquatur.

C A P. V.

De Patrum Commentariis in Editionem Septuaginta

I. **S**i editio Graeca non est authentica, ergo damnabuntur plurimorum Par-
Strum commentarij, ut Origenis, Basiliij, Cyrilli, Chrysostomi, Nazian-
zeni, Theodoreti, & aliorum. At posterius est absurdum. Ergo & prius. Af-
sumptio patet: quia eorum Patrum interpretationes approbatae sunt ab Ec-
clesia. Consequentia vero manifesta est, quia illi Patres nullo alio textu vni
sunt, quam Graeco Septuaginta Seniorum. Non poruit autem eorum interpre-
tatio esse legitima, nisi textus, quem sequebantur, esset authenticus.

II. Respondeo: Si intelliguntur dāmandi cōmentarij, tanquam im-
pij & contra religionem fidemque Christianam, consequentia negatur. Non
enim sequitur, vt si non sint sequuti textum authenticum, ideo ea scriperint,
qua sunt contra fidem. Imo, quia fidem didicерant non ex Veteri, sed ex No-
vo Testamento, cuius habebant editionem authenticam, & ~~ex~~ coram, ideo
factum est, vt in interpretando Veteri omnia quantum possent referrent ad a-
nalogaиam fidei, proinde ex non authenticā, imo etiam ex falsa versione, fē-
sus eruerunt non malos, s̄t impios.

III. Ex-

III. Exempli gratia: Psalm. 72. iuxta Hebraicam veritatem legimus ex versione Pagnini, *Erit pugillus firmamenti in terra satus in capite montium.* Ab hac veritate Graeca versio tam longe recedit, ut neque verba, neque sensum reddat: ἔτι δέ τε καὶ τὸν γῆν τοῦ ἀνθρώπου οὐκέτι: Vnde Latina interpretatio reuinut, suum illud: *Erit firmamentum in terra, in summis montium.* Hæc verba, quæ toto celo, totoq; terra distant à Prophetæ mente, cum exponerent veteres, nihil sane dicere potuerunt, quod non abiret à genuina loci expositione. Sed nihilominus sancte pieq; si non explicarunt, certe applicarunt. Augustinus dixit in Christo omnes promissiones firmatas esse, quia in eo impletum sit quicquid pro salute nostra prophetatum est: & per summa montium intellegendos Scripturarum diuinarum authores. Theodoretus vult significari Christum eos, qui in se credent, confirmatrum fuisse, & sublimes excelsosq; declaraturum, tanquam in ipsis montium crepidinibus collocatos. Autoreorum commentariorum, quæ tribuuntur Hieronymo: *Magnum (inquit) terram labenti attulit eius adueniens, passio, ac resurrectio, firmamentum.* Rursus Arnobius, siue ille idem est autor librorum aduersus gentes, siue, quod verisimilius est, alius aliquis: *Erit firmamentum tuum in terra corporum nostrorum non in conualle fletus, sed in summis montibus.* Vides hęc omnia ut pia sunt? ut sancta? Itaque nihil est necesse hos autores damnare tanquam impios.

IV. Sin autem sic intelligitur argumentum, ut Patrum expositiones dicuntur damnanda hoc sensu, ut significantur non satis apte expressissimè mentē authorum sacrę Scripturā; & ut vocant, sensum literalem: tum vero propositionem fateor esse veram, imo necessariam. Quid-ni enim audeam confluenter, cum Hieronymus iam olim professus sit? Sic scriptis præfatione in Ecl̄am & Nehemiam, Sapientissimo cuiusdam nuper apud Gracos accidit, ut interdum Scripturā & sensū relinquentes, omnis cuiusque interpretis sequeretur errorē. Et quid tergiuerando promoueremus, cum res ipsa clamet? Nisi forte solem meridi lucere negauerimus. Vt in eodem Psalmō: οὐτούς τὸν οὐρανὸν ἀπέντεντο: Et honorabile nomen eius coram illis. Quis hoc usus contextu sententiam diuinare posset Prophetēta, qui dixit: pretiosus erit sanguis eorum coram oculis eius: quae verba significant immensum, regis Salomonis ad literam, vel Christi, amorem erga suos, quos à morte vindicaturus esset.

V. Itaque nego assumptum. Nam quanta haec est et Ecclesiæ, quam miserar eris tu, si à præcedentium virorum, quantum cuncti illi magni fuerint, erroribus non licet recedere? Si non licet oblatum aliquid melius amplecti? Aut quorsum illud, ab initio non erat sic: si quæ inter medijs temporibus luctata sunt, restituere est nefas? Enim uero, non sic nos voluit Dominus brutorum pecorum in morem esse compositos: non adeo frustra nos voluit non esse hominum seruos. Sed nimur iniquissimi Papistæ, vellent nos etiamnum glande vesci, quamuis liberali manu, suas fruges Dominus offerat.

VI. Ad probationes. Primo si sic approbata antiquorum vitorum dicat commentator, ut non licet aliter sentire: falsum dicit: Nam, tum ipsi inter se Patres diuersi sunt hac in parte, quod re ipsa facile est agnoscere, si alij alij comparantur: Et recentiores sibi non putarunt omnem ansam praeclarissimam sua proferendi. Nec tantum nos tros dico, quorum maxima laus est, apud vere sentientes: sed etiam Papistas.

VII. Secundo: Ne ipsi quidem veteres, commentantes in Scripturam, Septuaginta editione vsi sunt tanquam authentica, à qua non licet discedere. Quin potius sepe corrigunt: vt Origenes, & Hieronymus, ex fontibus Hebraicis: quod cuius notum est, cui Origenes & Hieronymus noti. Alij ex collatione aliarum editionum. Sic Gen. 2. πνγη ανθρωπον την γην, καὶ εποντες μεταπομνην γην. Et Latine. Fons ascendebat e terra, irrigans uniuersam superficiem terra. Hic vero Theodoretus ex Aquilæ interpretatione in grecis γενονται pro fonte substituit: iuxta Hebraicam veritatem.

VIII. Norunt docti posse infinita huius generis exempla colligi. Inde cōcludimus: primo, vt diccebam, ne ipsis quidem veteribus editionem illam Septuaginta Seniorum fuisse authenticam: propterea ne nobis quidem esse debere. Secundo, si argumenti consequentia esset necessaria, tum fote etiam Theodotionis, Aquilæ: & aliorum editionem authenticam: cum iis sēpissime Patres vī sint. At hoc cūm sit falsum, consequentiam indicat esse non necessariam.

CAP. VI.

An editio Septuaginta sit humana.

I. HActenus argumenta collegimus eorum qui summam autoritatem tribui volunt editioni Græce. Nunc nostra explicanda in contrarium partem; quibus moti negamus eam editionem, siue quæ nunc exstat, siue quæ olim fuit, esse diuinam & authenticam.

II. Nullum opus humana effectum industria est in Ecclesia diuinum & authenticum. At Septuaginta Seniorum translatio Veteris Testamenti, opus est humana effectum industria: ergo Septuaginta Seniorum translatio non est in Ecclesia opus diuinum & authenticum. Probatur maior, quia quicquid in Ecclesia diuinum est & authenticum, illi tanquam basi, & fundamento innititur fides Christianorum. Est autem certum etiam apud Papistas fidem non nisi primae veritati: hoc est, reuelationi diuinae extra ordinem factam. Nam quae fides innititur humanae autoritati, ea non differt ab opinione, quia locus ab authoritate humana, est topicus, & argumentum inde sumptum est debilissimum; qua verba sunt Durandi, quest. 1. in prologum Sententiarum.

III. Assumptio probatur. Primo, quia si non est illud opus effectum humana industria, tum eius autores oportet esse Prophetas; quia pertinent ad Vetus Testamentum. At Septuaginta Seniores non sicut sunt Prophetae: quod inde probo: quia post Malachiam fuerunt: quem omnes fatentur esse Prophetarum postremum: teste Theodoreto in argumento eius Prophetiarum. Item Iosephus asserit post Artaxerxis tempora, nullos fuisse editos libros authenticos, *Ἄρταξερξης ἦν τότε φοῖτος ἀπὸ οὐρανοῦ*. Et Genebrardus templū secundū destitutū fuisse Spiritu, sive afflito sancto, qui Prophetas olim corripiebat: ideoq; à Malachia ad Ioannē Baptistā nullos Prophetas existit. Quia omnia efflent falsa, si Septuaginta isti Seniores fuissent Prophetae.

IV. Secundo, tota historia nihil aliud refert, quam factum aliquod humana industria & cceptum & continuum, & absolutum. Incepito quidem debetur Demetrio Bibliothecario, eiusq; impulsu regi Ptolomeo : quorū neuter fidelis fuit, imbutusq; Dei veri cognitione & timore. Et quidem vtriusq; mera fuit curiositas: nimirū & Regis infinitā Bibliothecā colligere satagentis:

& Demetrij à rege ei negotio prefecti. Rex igitur interrogabat aliquando Demetru: quot libros congregasset. Ille respondebat ducenta millia: sed sperare breui futura, quingenta: mox tis Iudeorū leges si rex iuberet. Audin' Regē non pietate, sed librorū multitudine delectatū: audin Demetriū eius cupiditatem quantū posset irritantem? Quodin̄ hīc extraordinaria inspirationis vestigium. Et quidem in viris, neque Iudais, neque Profelytis. Nam Ptolomaeū dister te Chrysostomus idololatrie deditum vocat, & religioni damnatae fauente.

V. Neq; obstat, quod Veteres id factum dicunt Dei consilio: ut Euzebius
Præparationis l. 8. Χρήσιμος ἡ πάρδε τὸν αὐτὸν βασιλέα Πτολεμαῖον τὸν
μεγάλον καὶ τοῦτον τὸν βασιλέα. Deus ipse hoc Ptolomæo ut faceret in animū induxit. Id
.n. sic dictum, quomodo Samuel. 1.lib.c.10. auctoritate dicitur cum Saulē pars ex-
ercitus, iij videlicet, quorū tertiigerat Deus corda: Et Esdr. 7. Benedictus Dominus
Deus Patrum nostrorum, qui dedit hoc in corde regis, ut glorificaret domū Domini.
Erat autē Artaxerxes: non sane Propheticō actus spiritu: sed illo Dei auxilio,
quo sepe fit, vt ēt nō boni, boni aliquid aggrediatur. Quomodo Arias Philippo
Hispaniarū Regi ē mentē à Deo iniectam dixit, ut de sacrī libris excudendis
deliberaret. Hinc est quod Chrysoft. in Genes. hom. 4. hoc opus vocat diuine
non inspirationis, sed dispensationis. Hoc enim modo (inquit) se habet omnia
qua à Domino nostro dispensantur, ut per aduersarios semper crescant veritatis
precepta.

VI. Iam vero ipsi Septuaginta viri, ad hoc ipsum munus deleguntur, non extra ordinem à Deo, sed ab hominibus, hoc est iudicio mere humano. Eam electionē testatur Eleazarus epistola ad Ptolomeū. ὅπερα γνωτι συμφέροντα μετ' αὐτούς τοῖς οὐρανοῖς μετεπεράσθη, παρόντας πάντας ἐπέξελεγκτον αὐτὸν τοντον. καὶ ἀποδοὺς πεισθετέογεντος, αὐτῷ ἐγένετος Φηλᾶς ἡ θέα. Vt sacra legis translatio fiat utiliter, & cū certitudine, omnib. presentibus elegi viros bonos ex singulis tribubus sex. Atqui in Prophetis mittendis, quis vñquam audiit Deum esse humana industria vsum? Quin potius se eos suscitatum pollicitus erat Deuteronomij 18. vt suum vniuersum opus esse significaret.

VII. Delecti autem, qui humanis & solitis abundare viderentur auxiliis ad idopus exequendum: sic n. Ptolomeus mandabat: καλῶς ποιήσεις, οὐ τῆς αἰτίας τοῦ δόντος ἡ ἔπαιδεια τοῦ ὕπαρχοῦ λαὸς εἰς τὸν περὶ τὸν τεῖχον, ἵππον τοῦ τεῖχου τὸν βόμβον, τὸν διωττὸν ἐγένεν σ' οὐν. Recte facies, & pre studio nostro: si deligati viros qui bene vitâ insituerint, Seniores, qui multo studio (sic n. iustitia redi) didicerint legē, posintq; ea interpretari. Quod factum esse Philo significat. οὐ γάρ τος παρατείνειν δικαιοντας ἐβούλει, οι μὲν τὴν πατρίαν καὶ τὴν εἰδικὴν ἀποδέουσι τοῦ διοίαν, οἱ δὲ οὐ διοίαν. Pontifex: electos quos apud se habet maximi nominis, quinque prater patriā et Graca institutione docti effici, libens misit. Et cōsentientiū Iustinus, Irenaeus, Clemens Alexandrinus, atq; alij. Haud aliter prorsus, quā nostra memoria Philippus Hispaniarū rex testatur fe candē ob causam Benedictū Ariā Montanum p̄feciisse Bibliorum editioni Antuerpiensi. Sic n. scribit ad Ferdinandum Albā ducē. Benedictū Ariā Montano Doctori Theologo ex aulicis & Sacerdotib. nostris, cuius linguarū fere omnīa opportuna cognitionē, & bonarū omniū artiū ac disciplinarum nō vulgarem pertinēt, atq; adeo insignem morum probitatem nobis abundantī exemplo, atq; tibi his nominibus nota perspectam habemus, eius negotiū executionem committimus.

VIII. Quid? quod eosdem oportuit adiuuari loci cōmoditate? λεγοντες
παρ' αὐτοῖς (inquit Philo) ὅστις εἴη τὸ περιήγαγον θεός εἰς τοὺς νόμους κηρυκεῖς διηγη-
νούσιν, μάτιον ἀφίλετον π. μάτιον περιήγαγον, μήτιε μεταβοτίται διωραρθροῖς, ἀλλὰ πόλις εἰ-
σάγεις ιδεῖαν ηγέτη τοῦ ποντικοῦ τοπίου. Διῆγοντες φυλακτόντας. ἐπόκριτον τὸ κράνος δὲ πόλις ηγέ-
τη τοῦ ποντικοῦ κηρυκεῖον, ἔχων πόλεος πόλιν εἰς τοῖς περιήγαγον, αἱ πόλις γονιαῖς τὴν πόλεον διηγη-
νούσιν, ηγέτη πλαστὸν πόλιν, ηγέτη πόλιν υγιανούσαν σῶμα οὐαγῆς προσέχεις, λέγοντες. Consi-
derantes apud se, quātum opus esset leges oraculis sanctitas interpretari, cum nihili-
ceret vel an ferre, vel apponere, vel transponere: sed primā idēa formam p̄fernare:
obseruarunt locum in circuitu purissimum, extra urbē, qui n. intra murum suffi-
cī erant, utpote repleti omni animantium generē, tum propter morkos, & funera:
sed & impia sanorum facinora. Et paulo post cum obseruaūt insula quād-
sibi opportūnā: τάχτων ἡ απίστων τῇ σύνκλητῃ κρίσιν τοῖς εἰπούσιοι πο-
τοῖς επιστρέψαντες ή σύνεργοισι, καὶ μόνη τῇ Φυχῇ ποτε μόνοις οὐαίλοντο τοὺς λογοτ-
έτους οἰκτιμεναί. Hunc locum iudicante: Sanum optimum esse ad quicun-
que tranquillitatem solaque mente vacandum solis leetibus, sicut idem manserant.

IX. Verebantur scilicet magni isti, sed noui delicatilique Prophetæ, ne spiritum extingueret incommoditas loci. At non sic olim Veteres illi veniresque, magisque, ut ita dicam, masculi Prophetæ, quos in medias turbas institebat Dominus, ut Esaias, qui querebatur cap. 6. se habitare in medio populi polluta labia habentis. Et Ezechiel 2. c. audiuimus se mitti ad gentes apostates. Adeo tunc temporis assueverat urbanis molestiis Spiritus Sanctus: quoniam istorum quisquis esset, se non putaret securum nisi in eremo, & quidem malto mari à terra disstio.

X. Hæc omnia redolent hominem. Consentunt Hieronymus, multis locis suum iudicium libere pronuncians, Præfatione in Pentateuchum. Aliud est vestigium, aliud est esse interpres Ibi spiritus vètura prædictit; hic eruditio & verborum copia quæ intelligit traxit. Et paulo post: Illi interpretati sunt ante aduentum Christi: & quod nesciebant, dubius protulere sententiis. Nos vero post passionem & resurrectionem eius, non tamen Prophetiā quæ his toriā scribimus. Alter enim audita, alter visa narrantur: quod melius intelligimus, melius & proferimus. Ep. 11. quæcumque ad Pamachium, de optimo genere interpretandi. Num omnino repudiare sunt, quia istū locū, qui ad Christi maxime pertinet Sacramentū, alter transfluerunt? an dāda potius venia, ut hominibus, iuxta Iacobī sententiā dicentes, Mala peccamus omnes? Deniq; infiniti sunt loci cum cōmentariorū, rū reliquorum operum, in quibus libere interpretationem Græcam carpit. Quod quia ita credit factum, nisi ei persuaſſum fuisset istos autores esse humanos. Neq; n. ea vſus est libertate in Euangelistas & Apostolos: quamuis non paucos locos obſeruarit alter interpretatos, quam legantur in Hebræo. Rupertus in Ioann. 19. Non siccē habet litera Hebraica veritatis, quomodo Septuaginta tranſtulerunt: quid ergo qui non sensum Dei perfecte habuerint, nec enim vates, sed interpres erant: unde & hoc, sicut cetera multa, non satis integre tranſtulerint.

XI. Nihilominus asserit Bellarminus non esse Hieronymum ab eorum numero excludendum, qui asserunt certissimum esse eos Interpretes optimi transtulisse, peculiarique modo Spiritum assistentem habuisse: Nimirum quia præfatione 1. in Paralipomena, scripserit se frustra fuisse laboraturum Biblij vertendis, si eorum versio integra haberetur, ut erat ab eis edita. Et præfatione 2. eos dicit Spiritu plenos, quæ vera sunt transtulisse. Et 2. Apologia contra Rufinum negavit, se Septuaginta Interpretibus detrahere voluisse.

XII. Petrus

XII. Petrus Sutor vult Hieronymum mutasse sententiam. Cum ad huc bonæ esset a tatis, & rem non ita peniculare examinaserit, putauisse eos, ut homines, ac secundum humanam eruditionem transtulisse sed postmodum in seneclute, cum diligentius rem ipsam voluntat, aliter sensisse, idque apparere ex ijs prologis.

XIII. Sed vterque leuissimis conjecturis agitari se patitur: quod ijs accidere solet, qui suis præiudicij res singulas metiuntur. Primum quo quatuor vnum aut alterum locum, aut certe tertium præferant alijs infinito numero. Nam certe vix numerari possunt ij loci, quibus suum Hieronymus iudicium liberius pronunciauit, quam amicus de Septuaginta Interpretibus. Quod ne iphi quidem negent aduersari. Et nos proximis capitibus obseruabimus multos.

XIV. Secundo eorum trium locorum, ut sit fortasse vnuus disertior, reliqui certe eiusmodi sunt, ut nihil proferri potuerit dilutius. Frustra se laborarum dixi, si extaret pura Seniorum interpretatio. Esto: sed id non eo verum fuit, quod esset diuina & authentica, aut non humana. Cur ergo? Audi caussam. *Quod enim (inquit Hieronymus ipse) semel aures hominum occupauerat, & nascientis Ecclesia roborauebat fidem, iustum erat etiam nostro silentio comprobari.* Hæc Hieronymus: quæ eut dissimulauit Bellarminus? cur omisit? Nempe ex sinceritate Iesuitica. Rursus, negavit se velle detrahere Septuaginta Senioribus. Agnosco humanam viri modestiam, quis enim tulisset hominem adeo se inolenter factantem, ut viros multis ante se seculis optime de Ecclesia meritos de suo gradu deturbare vellet? Et tamen multis ille locis non valde oblique innuebat suam interpretationem, illorum labori præferendam: Nam & præfatione altera in librum Paralip. *Misi librum, benevolus placitum;* tamen imuidis difficituram esse non ambigo. Optima enim quæ, ut ait Plinies, malunt contemnere plorij, quam discere. Et in Eisdram *Si quis Septuaginta vobis opposuerit interpretes, mittite eum ad Euangelia, in quibus multa ponuntur quasi de Veteri Testamento, quæ apud Septuaginta interpretes non habentur.* Et quarite ab eo ubi scripta sunt. Cumq; proferre non potuerit, vos legite de his exemplaribus, quæ nuper à nobis edita maledictorum quotidie linguis confodiuntur. Multa sunt eiusmodi, quæ ex eius tum prefationibus, tum alijs operibus, quilibet colligere potest.

XV. Vnicus ergo superest locus ex secunda prefatione Paralipomenon: vbi pronunciatur eos interpretes, plenos fuisse Spiritu sancto. Sed id nihil est noui, præter ea quæ obseruata sunt c. 4. huius libri, vbi dueros gradus designauimus *τελείως* Spiritus sancti, qui operatur in omnibus fidibus, sed varie. Hæc Bellatino satisfacient, qui ut initio dixi, frigidiuscule pugnat pro authoritate editionis Graecæ.

XVI. Sed Sutoris audaciam merito mirerum: nisi ea iam abiisset plerisque Papistarum in naturam. Mutasse dixit sententiam Hieronymum postrema & tate. Vnde id: ex ea prefatione in Paralipomena. Atqui primum, ea præfatio nihil habet contra eam sententiam, que illius dicitur fuisse prima, ut iam diximus. Secundo, si mutauit, oportebat rigitur Sutor ostendere hanc postremam esse omnium præfationum, quas ille scriptis in variis Veteris Testamenti libris. Mitto postulare retractationis tabulas ut in Augustino: mitto dicere vnicum locum, cùmque exiguum non debere esse tanti, ut mille alios rigidis censores inducamus: mitto alia, que in eandem sententiam possunt: hoc vnum saltem Sutor ostendat, hanc posteriorem præfationem in Paralipomena, esse omnibus alijs locis recentiorem: & vice erit.

XVII. Ego contra probabo, etiam post hanc præfationem, Hieronymum in eadem fuisse sententia, quam ab illo retractatam audacter Sutor fugit. Nam certe post hanc præfationem scripta est posterior Apologia contra Rufinum. In ea recitantur ex variis præfationibus nonnulla, quibus se purger contumelias Septuaginta Senioribus illatae. In ijs etiam præfatio in Job, cuius hæc verba sunt. *Neq; enim fieri potest, ut quos plura intermissione perfrixerunt, non eosdem in quibusdam errasse faciantur, præcipue in Job:* cui si ea quæ sub asteriscis addita sunt, detrazoris, pars maxima detruncabitur.

XVIII. Et sane, qua milii fronte Sutor ausus est obijcere rem diligenter volutatam: Nam hoc si ita est, tum oporteret Hieronymum comprescere eas causas esse falsas, ob quas prius iudicarat, viros illos humano ingenio opus effecisse. At eæ erant aliæ nullæ, præter varia menda, quæ in interpretatione corum comprehenduntur: videlicet multa omessa, nonnulla addita, alia inuersa. Hæc sane si illis interpretibus fallo obiecta comperiuntur, fatear causam fuisse cur Hieronymus priore mutaret sententiam. Sed si id falsum est, & etiamnum hodie omnes docti eos errores non tam vident, quam palpat, hæc mutatio sententiae quid aliud esset, quam foeda inconstantia nota?

XIX. Itaque certum est, ex Hieronymi testimonio, Septuaginta Interpretes homines fuisse, a quibus humani nihil sit alienum putandum. Addo recentiorem, nostrisque seculi virum, sed Papistam, Augustinum Steuchum præfatione in Recognitionem Veteris Testamenti. *Prima sacrarum literarum editio à Septuaginta sub Ptolomeo Philadelpho facta est.* Hoc, sive Graecarum literarum cognitionem absolutam non tenetem Septuaginta illi Seniores, sive alijs exemplaribus veterentur quam nunc, aut Hieronymi tempestate haberetur, sive studio quadam, dedita q; opera vellent in transferre, plurimam ab Hebraica veritate intenitum dissentire. Quedam etiam apertissimam præferunt. Graeci sermonis imperitiam: in alijs maxima Hebraica lingua ignoratio deprehendunt: dura alia, & vix intelligibilia.

CAP. VII.

An editione Septuaginta illa sit melior.

I. *S*ed editio Septuaginta Interpretum est diuina & authentica, ergo nulla est editio, illa editione meior, & exactior. At hoc posterius est falluum: ergo & illud prius. Pater consequentia: quia id diuinum appellamus quod est summe bonum, & quo melius esse non potest. Nec sane vllus eit adhuc inuentus sanæ mentis Theologus, qui sacros autores ita commiserit inter-

Tom. I.

se, vt alium alio melius seipsum dixerit, maxime de ijsdem reb. Nam hæc cunctantia hoc loco maxime notanda venit, quod comparantes Interpretes cum interpretibus, non indefinite unius virtutes alterius virtutibus opponamus, vt qui comparant Demosthenem Ciceroni, Homerum Virgilio: in sacris Lucam Matthæo, Paulum Petro, Esaiam Amos: sic enim facit or posse nonnullam inæqualitatem inueniri, vt Prophetarum eloquentissimus Esaias nominetur: Lucas purius scripterit Graecæ, quam Matthæus & Paulus prolixius, eoque solidius capita fidei tractatit quam Petrus.

II. Sed nos sic intelligimus, Interpretes interpretib. comparari, vt primo subiectum sit omnino idem, nempe & rerum & verborum: quia nec res positæ fuerint in arbitrio interpretum, nec etiam modus ipse rerum tractandarum: non quoad capita, & argumenta tantum, sed etiam quoad singulas periodos, singula commata, singula denique verba. Secundo, si alius alio melius dicitur interpretatus, vt statim intelligatur huic potius standum quam illi. Quod sacris authorib. nunquam accidit: vt dicamus Paulo accedendum potius quam Petro, quia ille prolixius, iste parcus, doctrinam si in tractauerit: aut Lucæ quā Matth. quia ille elegantius, iste simplicius: Vterq; enim optime scriptis: nec magis Paulo & Luca fides christiana nititur quam a Petro aut Matthæo. At vero doctorum veterum explicaciones Scripturæ, vni interpreti innituntur magis quam alij, & sic præfertur interpretes interpreti: quod nunquam acciderit, si aliqua interpretatio esset diuina & authentica.

III. Assumptum autem probatur, quia certum est esse aliquos interpretes meliores & exactiores Septuaginta Interpretib. Et primum quidem inter Graecos, Theodotionem, ex cuius labore, Ecclesiæ iam olim Daniel legebant, neglectis Septuaginta. Magno horum præjudicio: nisi forte adeo simus ridiculi, vt subito illum Spiritum defecisse dicamus, vt in Dapie dormitarint, qui in reliquis libris somnum non viderunt.

IV. Quid: quod non hic tantum, sed infinitis alijs locis, Septuaginta Interpretib. alijs sc̄pē præferuntur? Exempla colligam pauca de multis. Gen. 2. Theodoreus cum Aquila humorem & vaporem mauult, quam Fontem, cum Septuaginta. Cap. 3. versutum seipsem cum Aquila, quam prudentem Cap. 4. iratum Cain quam tristatum. Et ceptum esse vocari non men Domini, quam sperauit inuocare. Exod. 6. *οὐσία μελέτη του Συμμάχου*, quam *τι λέγεται στην περιλήψει*.

V. Apud Hieronymum singulis, vt ita dicam, paginis hæc occurunt. Questionib. in Genesim, in caput 3. profert *πατέρες*, Aquilæ & Theodotionis *τοῦ Φεονίωτα τοῦ ιβδομηνούτου*, vt paulo ante Theodoretus: Cap. 26. *κατὸς ἵκασθερος* Aquilæ madule quam centuplum hordei. Cap. 10. Pureū Satyritatis Aquilæ & Symmachii, quam iuramentum. Cap. 36. *πόντονον* Aquilæ, quam *τὸ δέλταν*. Cap. 41. Non ego, sed Deus respondebit pacem Pharaoni: apud Symmachum, apertius esse dicit, quam sine Deo non respondebit salutare Pharaoni.

VI. Epistola ad Suniam & Fretelam tota mihi esset describenda: vbi non otiose, aut perfunctoriè Psalterium Graecum comparatur: & cum textu Hebraico, & cum reliquis interpretibus: Et hi nunquam non præferruntur *τοὺς ιβδομηνούτους*, si cum veritate Hebraica consentiant. Quod si reliqua eiusdem authoris loca percurram, maxime commentatoria, longum volumen efficiam. Sed non est necesse. Non enim vereor, ne à me hoc loco virti docti modestiam desiderent: & non potius ab alijs pudorem, si qui fortere negent.

VII. Hæc de Graecis versionib. iam vero Hieronymianam taceo: non debeo, quam longe exactissimam fuisse fatentur omnes: ipse Hieronymus apertissime iactabat, non dubitans ad ipsos prouocare Iudeos, sappissime que taxans eos, qui Graecæ editioni magis adhærerent. Præfatione in Pentateuchum, increpans æmulos, *Quid illuore torqueris: quid in imperitorum animos contraria concitas?* Scibi in translatione videor errare, interrogat Hebraeos: *diuersarum orbium magistros confide.* Quod illi habent de Christo, tui codices non habent. Item præfatione in Paralipomena. *Cur me non fascinant Latini mei, qui inuolata editione veteri, ira nouam condidi, ut laborem meum Hebreis,* & quod his maius est, Apostolis autoribus comprobem: Et in altera præfatione. *Si quis in hac interpretatione voluerit aliquid reprehendere, interroget Hebreos, suam conscientiam recolat, videat ordinem textumq; sermonis, & tunc nostro labore, si potuerit, detrahatur.*

VIII. Hieronymianæ huic confidentiæ, accessit tandem Ecclesia. Nam cum eius nomen (inquit Steuchus) toto orbe esset celeberrimum, receptus sensim ab Ecclesiis est, amo taquilla antiqua Septuaginta editio: eiusque editione vsque ad hæc nostra tempora vla Latina Ecclesia est. Et sane res ipsa clamat in infinitis locis Hieronymum multo felicius, multo etiam fidelius, Hebraicam veritatem expressisse: vt testatur Gregorius moralium lib. 2. o. 3. Isidorus de diuinis officijs, c. 12. Rabanus de Institutione Clericorum lib. 2. c. 54. sed & vident omnes, qui, quæ ex eo opere restant reliquia in eius viti operibus, dignabuntur examinare.

IX. Quinetiam in ipsa vulgata editione, quæ partes extant non veræ ex Graeco, magisque redolent stylum Hieronymianum, sive ea ab alio sunt autore, sive potius ab Hieronymo quidem, sed corrupta, qualiacunque sunt tamen, longe præferuntur editioni Graecæ. Nec ego sane graue subscrībam Steucho, qui, *Mea (inquit) semper fuit opinio, nostram hanc Hieronymi translationem, ita præstare superioribus omnibus, sicut omnium posterior edita est.* Et rursus. *Hanc sic am editio Septuaginta contuleris, an simus hæc vti similitudine, ut lucem ac tenebras à te collatas afferam.* Inuenimus certe hanc adeo fuisse Ecclesiæ necessariam, ut nisi hanc operam diuinus Hieronymus nobis præsticisset, versari adhuc nos in multis erroribus certe necesse fuisse. En tibi editionis Graecæ diuinitatem! en auctoritatem! Itane, & authenticam & diuinam, quæ tenebris comparatur? Quam si foliam habeamus, necesse sit in multis erroribus verari:

Et hæc quidem satis sunt de

hoc argumento.

C A P. VIII.

De variis erroribus Versionis Græcæ.

I. **H**actenus præiudicia fuerunt, & quidem nec leuia, nec iniqua. Nunc rem ipsam operæ premium erit considerare: hoc est, ex ipsa editione Græca argumenta sumere, quibus euincamus diuinam non esse, proindeque non authenticam. Erunt autem hæc perita ex infinitis erroribus eius versionis, quos omnes annotare operis fuerit infiniti: Tamen extanta, tamque infinita copia, non pauca excerpemus, quæ ostendant, nullo nos malo animo, sed re potius diligenter considerata, hanc editionem cogere in ordinem. Certe enim, si eius auctor esset idem spiritus, qui in Prophetis & Apostolis adeo magnifice suam maiestatem ostentauit, in tantæ vel borum sinceritate, quamvis stili diuersitate, eædem virtutes obseruantur. Quod cum contra sit factum, facile euincimus spiritum auctorem esse mere humanum: ipsumque opus non diuinum: non authenticum.

II. Hic autem non iam mihi sermo erit indefinite de Septuaginta vi-
rorum interpretatione: vt haec tenus: sed particulariter de ea, quæ extat
hodie Græca editione. Illam non pauci censent prouersus interisse. Ego
tamen hac parte potius asserior Bellarmino, conferuatam: sed non inte-
gram: immo multis locis corruptam. Nam extare adhuc multa ostendunt,
quæ obliterari possunt, cum apud alios, tum apud Hieronymum, à Septu-
aginta sic versa. Vt Genesios secundo εἰσήγετος Κύριος ὁ Θεός της γῆς
εἰδὼς τὴν αὐλαῖς. Quæ verba Hieronymus tribuit Septuaginta in li-
bro questionum in Genesim. Nam Symmachus reddiderat Paradisum
florentem: & illud καὶ αὐλαῖς. Aquila δὲ σχέχει: Symmachus εἰς τὸν
Theodosion εἰς τροπέας. Et ibidem Septuaginta reddidit
Aquila καὶ τὸ φόρον, Symmachus, καὶ εγγρ. Cap. 3. לְדוֹת Septu-
aginta, τὸ δεκάτιον. Aquila, εἰς τὸν τόπον τοῦ θυσίας, Symmachus, οὐ ποτε
τὸ θυσίας. Theodotion εἰς τὸν τόπον τοῦ θυσίας τὸν τόπον τοῦ θυσίας. Possum
eiusmodi alia colligi: ex quib. videtur posse concludi editionem hanc Græ-
cam esse Septuaginta Interpretum.

III. *Esse tamen corruptam, quis neget, cum ne Hieronymi quidem
etate integra haberetur?* Et quorsum tot emendationibus opus fuisset,
Origenis, Luciani, Hesychij, si non fuisset corrupta? Denique faltem
Psalmos constat haberet ex illa editione, quam *magis* appellabat, ut proli-
xe testatur Hieronymus Epistola ad Suniam & Fretelam. Erat autem il-
la, pro locis & temporibus, & pro voluntate Scriptorum veterum cor-
rupta.

IV. Nec placet eorum opinio, qui ex Aristæ & Philonis testimonio, obseruantes Septuaginta optime transtulisse, sic ut nihil prorsus discreparet ab Hebraica veritate, concludunt illam editionem prorsus perfisse. Nam illis quis fidem habeat? Quorum hunc omnes sciunt suæ, id est, Hebreæ ex lingua, non satis peritum fuisse, ut obseruauit Steuchus ad Geneeos caput secundum. Illum autem peritum nullo adhuc indicio potui compiere. Quin potius hæc ex eius libro verba contra videntur pronuntiare. Cum rerum diuinarum noitiam magno studio perquireremus, & diuina lex sine Interpretore cognosci non posset, nos pro eius translatione legationem vel ultra suscepimus.

V. Sed haec vtcunque le habeant, nostra non multum interest. Si enim prorsus perijt editio Septuaginta Interpretum, frustra hodie contendat aduersarij, illam esse diuinam, aut authenticam. Itaque, ne operam & oleum perdant, necesse est, hanc, quæ exstat, præ oculis habere, nostra certe, qui defendimus nullam versionem esse diuinam, & authenticam, eius errores interest obseruare.

VI. Primo loco vocabulorum impropietates constituuntur. Plurimis enim locis, non satis expresserunt Spiritus Sancti mentem, sed infra eam substituerunt. Sic Genes. i. Hebreum בָּרָא quod proprie est creare, reddiderunt per verbum ποιεῖν facere, cū εἰρῆνται οὐ Θεὸς τὸ δημιουρὸν, τὸ τέλον γνῶν. Cum possint multo melius ἀγαγεῖν τὰ κτίσεων, quo perpetuo usus est Spiritus Sanctus in Nono Testamento, ad mysterium creationis significandum, Marci 13. ἀπό τοῦ αὐτοῦ κτίσεως, ἵνα εἰκόνων Θεοῦ: à principio rerum conditarum, quas condidit Deus. Ad Rom. 1. ἐλάτερων τῆς κτίσεως διδούτε τὸ κτίσεων, Prioris ad Corinth. 9. ad Ephes. 3. & alibi. Non est autem verum, quod Steuchus assertum **ברא** omnino mferre actionem & formationem significare: sed eam tantum, quae sit ab autore naturæ. Nam in Scripturis nusquam inuenitur nisi Deo tributum. Non potuit a dilutiis verti, quā per τὸ ποιεῖν, quod commune est omnibus actionibus: cuiuscunque generis esse possint. Propterea Steuchus tandem fatetur ab Hieronymo, per verbum creandi, clarissim operationem diuinam esse explicatam.

VII. Eodem capite, **רוּחַ מִרְחָפָת**, *τὸν δὲ μετόπετον*, Spiritus Dei ferebatur. Cum tamen vox Hebreæ significet in cubare, quomodo aues solent oua sua souere, quod Basilius obseruauit, & Hieronymus: itaque multo rectius per **γέλλεται**, reddidisset. Neque hæc est obseruatio nullius momenti. Nam inde, intelligimus (ait Hieronymus) *non de spiritu mundi dici ut non nihil arbitrantur: sed de Spiritu Sancto, qui & ipse viuisficator omnium à principio dicitur.*

VIII. Rursus **υγκρι** verterunt **στείχωμα**, eiusque exemplo Latinus Firmamentum. Fatentur tamen omnes expansionem significari. Excusavit Steuchus: quia cœli soliditatem, atque duritatem innuere voluerint, vel stabilitatem, quam in suo situ accepit à Deo: ut Homeris vocauit **χάλκον** & **αέρα** & **χαλκοβαθῆ διαυλαῖς**: & **οὐδὲ εἰσὶ σιγαῖς**. Sed frustra. Nam quod ad rem attinet, quis cœlos reuelavit esse solidos & duros? Nam stabiles facile concedo. Sed & aerem quis neget, ab initio hoc usque durasse, qui tamen neque solidus sit, neque durus? Tum ut concedamus cœlos esse & solidos, & duros: tamen hæc illis essent cum terra communia: ipsis autoribus Septuaginta, qui Psalm 93. quod Hebraicè est, **appendit orbem**, vertierunt **ἴσταις οὐκανόδησι**. At **υγκρι** expansio propria est cœlis. Tum non quid ipsi scirent, siue philosopharentur, sed quid Moses scripsisset,

scribere debuerunt, multo minus Homerum commentarijs illustrare.

IX. Capite tertio, *ἰππαὶ γέγεις* & *ὴν ἡνὶ τοῖς εὐρεσίσιν οὐν*: Latinus, maledicta terra in opere tuo. Ancipiuntur incertaque sententia: potest enim aliquis intelligere, maledicta terra, dum tu eam coles: alij vero, propter id quod fecisti. Hebraicè autem nihil est huiusmodi. Nam **עַבְרוֹן** significat propter te, ut Aquila transtulerat. Augustinus vero Steuchus, in hoc, promovere, totus, ut excusat textum Latinum, textum Hebraicum suspicatur esse falsatum, ut rusticī, velfatui ex crassa plebe quandoque solent Gnomum peccata in solem reijcere. Coniicit ergo mutatam esse literulam ynam, scilicet **לִנְגָּד** in **רַ**: olimque lectum esse **עַבְרוֹן**, non autem **עַבְרוֹן**. At ego quāro etymologiam rationem. Nam vocem hanc vel nomen esse optinet, vel infinitivum verbi. Si nomen, ostendat aliquando usitatum. Nam ego quidem **עַבְרוֹן** legi pro opere: sed **עַבְרוֹן** nunquam. Sin afferant esse verbum, aliam certe formam esse oportuit, constructionis: ut Deut. II. **לְעַבְרוֹן**. Et Gen. 2. **לְעַבְרוֹן** & alias.

X. Mitto leuiuscula, φεγγιαλατον αιτιον την εργων. Et το δε λαθρόν, προ
aura diēi : Et οὐ γάλη : pro puluis es Cap. 4. εἰπιποτος τοι. Καὶ διασ: pro itatus
est Cain vehementer, significatione immutata, ut ait Steuchus. Et στιχέων, προ vago & profugo.

XI. Cap. 4. οὐ γίγνεται Εἰρήνη ταῦθεν. Et sexto μὲν Θεῷ οὐ γίγνεται νῦν, pro ambulauit cum Deo. Eodem scilicet mense, anno vero Christi, translustilitum Deus: vnde Graeci opinantur Enoch viuum translatum esse in celos, ut Eliam: quod tamen non constat, inquit Steuchus. Hebraice autem est, Tulerit eum Deus, que phrasis mortem significat. Rufius, ἡ τοσούτων νεονίας δοῦτο ταῦτα προπονεῖ, Iste requiescere facies nos ab operibus nostris. At Hebraice est, consolabitur. Impoluitque interpretib. vocum τόνον & σημαντικὰ vicinitas quarum hæc consolari significat, illa quiescere, vnde deductum nomen Noe.

XII. Capite sexto, εν τη παπεινη το μονη με εγενετο πρωτη.
Non permanebit spiritus meus in homine. Et sic Latinè etiam legitur, ex
praua imitatione. At Hebraicè est יְהִי, quæ vox experpetuo & inuariato
linguae Hebraicæ vsu, in Scriptura significat contendere iudicio, & rixati,
significatigitur Deus se post id temporis vel non acturum summo suo iure;
vel, non irrito conatu cum per uicibus disceptaturum, vel, quod nibi
longe aptius, non amplius dilaturum meritum supplicium. Instar eorum
qui apud se incerti de die in diem differunt aliquid agere, dum plene tan-
dem statuerint. Sic Calvinus probauit. Et Vatablus. Quod certe a-
ptissimum designandæ multæ patientiæ, quæ differt, non auferri impen-
tentium peccatorum vindictam. Ignoscant, qui à Ηλι vagina deducunt, &
intelligunt Spiritum Dei, scilicet propheticum, non permanentrum in
homine tanquam inclusum vagina. Nam præter quam quod grammaticam
analogiam violent, non video quā possit sensus consistere. Ritus
εὐχετὴν ο Θεῖς, δὲ εποιεῖται αὐθητων ἵτην γῆς. καὶ διεροῦν. Consideraverit
Deus quod fecit hominem in terra: & cogitauit. Hoc vero quid sibi vult?
Sed Hebraicè. Panituit Dominum, quod fecisset hominem in terra: & dolor
taetus est in corde suo. Quis credat eundem esse locum? Hoc leuis, δὲ
πάντα τον βρωματων, & id est, ex omnibus escis quas comedetis. Pro eo quod
est: ex omnibus escis que comedentur, siue, ut Hieronymus vertit, que mandi
possunt.

XIII. Cap. 12. οὐ πάσῃ καὶ τῷ Φαραώ ὁ Πατέρις μεγάλοις τῷ πονεῖται.
Examinit Dominus Pharaonem examinibus multis & malis. At Hebraicē
est: Flagelauit plagiis maximis. Cap. 18. Εἴ Φάραώς, εἰ comedite, pro confortetur
cor vestrum. Decimo nono, ιδίαι μαστοῖ σεν τοῦ πάθους, admiratus sum
faciem tuam: pro fuscepi faciem tuam, id est, ut vertit Hieronymū, fulcepi
preces tuas, is enim est phraseos Hebraicā s̄esus. c. 20. ιστοπίλων σεν, peperis
tibi, pro, σκάλαν σε, prohibui te ne peccares. Rursus ταῦτα τῶν δικαιωμάτων
πονητοῖς εἰ μὲν hanc iustitiam facies in me: pro hanc misericordiam facies
meum. Et 48. ιπατήσου σύνοχλεῖται, pater tuus turbatur, pro argo-
tat.

XIV. Hæc ex Genesi sola: Et quidem de plurimis paucula. Quid si omnes libros percurram? Si saltem Psalmos excutiam? Nam & libri Mosis omnium sunt optime translati. Et Psalmi omnium deterime. Abibo in infinitum. Psalmus 1. λατουρι pestilentes pro irritoribus. Et γενενον ουτον αει βασις εν κηρωει non resurgent impij in iudicio: periculosa amphibolia, ne forte videantur à resurrectione excludi impij, debuit autem verti, non consistent in iudicio: nimis quia condemnabuntur. Psalmus 2. επι την επιθετην βασις εις την αντη, ego constitutus sum rex ab eo: sed Hebraice, ego uxoris meum. Et παιγνεια palces, pro conteres. Tertio, αντην την suscep-
tor, pro clypeo, εκηρωει clamaui, pro clamabo: αντην την μη, suscep-
tior me, pro sustentabit me. De imo sexto, ιππην διανοιαν αι διτεντην αι-
τη: multiplicata sunt infirmitates eorum. Hebraicè, חתובות: quod ahijin-
terpretantur idolacorum, ut Arias, & Leo Iude. At Sanctes, & Varibus
& lunius, dolores: Munsterus anxietates. Ibidem εις ουμελαζα την ουμε-
λαζα εις την, non congregabo conuenticula eorum. בלאס נסחט Arias, non
libabo libamina eorum. Περιγραφη την Κυριανην συντονιαν μη, prout indebat Do-
minus in confessu meo: pro proposui. Et 17. κατεχονται διαβολαι μη per-
fice greslus meos, pro lustenta. Harum improprietatum nullus est nu-
merus.

XV. Eodem refero barbarismos, vel potius intempestivam illam ~~κελευ~~, quæ contentio sa crupulositate, ita verbum verbo interpretatur, ut variorum idiomatum rationem nullam habeat. Genesios tertio. Deus dixit Serpenti: ~~μη καρβαρος οι δαι ματω τοι~~. Inglor: maledictus in ab omnibus bestiis. Quasi bestiae maledicerent Serpenti: id enim phrasis Graeca significat. Sed Hebraica longe alium habet sensum, quam ne Latinus quidem satis expressit, cum dixit, maledictus inter omnia animantia cum potius sit, pra omnibus animantibus; sive potius, bestiis: sic enim solent Hebrei supplere graoum comparatiuum, quo aliquod destitutur. Idem error capite quadragesimo nono ~~χριστοι οι θρηνοι και~~ non absque vlo sensui detrimento, Psalmo centesimo trigesimo octauo, cum legissent, Mirabilis facta est scientia tua ex me: Carthusianis interpretatus est, Mishi, ~~ει~~ per me, id est, ex predicatione mea ~~η~~ Apostolorum mecum.

mirabilis facta est per mundum uniuersum, ita quod omnes fideles eam mirantur. Alphonus de Castro de Anima hæreti prima, Miratur Prophetæ Dei sapientiam, quam magna sit ex seipso: ex hoc enim quod seipsum homo non cognoscit, iustum est, ut miretur scientiam illius qui omnia novit. Genesios capite tertio, τοῦτον τὸν ἀδελφὸν ἡ δοκοποφὴ στον, ad virum tuum conuersio tua, obscurissime, ut taceam τὸν δοκοποφὸν impropteritatem, pro appetitu, & desiderio. Sensus Hieronymus expressit. Sub viri potestate eris. Idem error ocurrat capite quarto, ubi Hieronymus, Sub te erit appetitus eius. Quādū quādū capite leptimo Cantici Canticorum eadem phrasis sumi non potest, pro subiectione תְּשׁוֹקֵת לִי, sed pro ardenti amore, quo sponsus sponsam deperit. Graece ἴπποφόν. Error videtur ortus ex vicinitate vocum תְּשׁוֹבָה & תְּשׁוֹקָה. & ἴπποφόν significat. Et ἵππον τὸν ἄριστον τὸν ποταμὸν post hac verba. Recte, si Graece est vsus esset, ut τὸν ὄντα & res gestas significant, quemadmodum apud Hebraeos. Prudenter Hieronymus, His transactis. Idem error Deuteronomij fecundo, καὶ οὐκέτι οὐτε οὐτε, non indigisti verbo, pro, te villa, hoc est, nihil tibi desuit, sic enim Hieronymus. Similiter τὸν verbū redditur per ποταμὸν etiam cum Hebraico more significat vel mactare, vel apparere, vel simile aliiquid. Ut Genesio decimo octauo, Abraham cucurrit ad boues, tulit vitulum, & dedit pueru, τὸν ποταμὸν αὐτῷ: & festinavit facere illum. Et statim: περιβάλλοντο εἰς τὸν ποταμὸν quem fecit. Exo di decimo Tu dabis nobis holocausta & hostias, τὸν ποταμὸν Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν, quas faciemus Domino Deo nostro. Multo rectius Latinus, primis duobus locis verrit coquere, tertio, offerre, & poterat Graece πέμψει, nam ποταμὸν hoc significatu nunquam occurrit apud autores classicos. Ut prorsus ridiculi sint, qui inde exponi volunt illud solemne in Eucharistia institutione Τοῦ ποταμοῦ, hoc facite, id est, hoc sacrificare. Genesios vigesimo secundo: οὐ Θεος οὐ ποταμός οὐ ποταμός: Deus videbit sibi ouem, pio prouidebit sibi.

XVI. Sed hæc omnia tolerari possunt præ aperitè falsis: quorum, Deus bone, quanta leges! Alia mutata, alia sunt addita, alia denique omis- sa. Et mutata quidem imperite quadam: nonnulla audacter. Imperite ista, Genesios secundo, ποταμὸν τὸν ιεραδόν, sōns pro vapore, ἐκτασίν αὐτοῦ τὸν κύρον, ecstasis pro sopore. Tertio: αὐτὸς οὐ τηγένεια τοφελών, οὐ οὐ τηγένεια αὐτοῦ περιποτοῦ: Ipse obseruabit tibi caput: tu autem obseruabis illi calceum. Et tamen ἥτις est percutere, sive conterere. Quidam locum corrigunt, ita ut legant τηγένεια & τηγένεια. Sed inutili labore. Nam τηγένεια quidem legas apud Græcos, τηγένεια autem nusquam. Deinde veteres omnes confitent τηγένεια legerunt, cum Græci, tum Latini. Ut Chrylostomus homilia in Genesio decima septima: & Procopius. Et Hieronymus in questionibus in Genesio: Cyprianus contra Iudeos libro secundo capitulo nono. Ambrosius de fuga leculi capite septimo, & alij. Hæc autem mutatio eo fuit ab Aria audacius attentata, quod eam non notauit in varijs lectionibus: ut facile credam nullius codicis autoritate factam. Ibidem, constitutus dicitur Adam ἀπειλεῖται ποταμὸν τὸν τεῦφον ante paradiſum voluptatis. Verum scriptura Hebraica, inquit Hieronymus, Paraphras item Chaldaica, & nostra versio Latina, illud, & posuit ante paradiſum, coniungunt cum Cherubino, & flammæ gladio versatili, quibus ante paradiſum à DEO O collocatis, aditus homini ad arborēm vita omnino est interclusus.

XVII. Capite quarto τὸν ποταμὸν τογονίγνυς, δρῶσιν μὲν διόλης, ημαζετε, ημιζετε. Nonne si recte obtuleris, recte autem non diviseris, peccasti? Quiuscumque Horum nihil est in Hebraico. Et Sibylla indigent, inquit Steuchus. Vere enim meri sunt gryphi: et si non incommode veteres conati sint expondere. Sextus Senensis Bibliotheca libro 6. annotatione 15. Septuaginta interpres, omnia perturbarunt, deuinaruntq; vehementer à veritate contextus Hebraici. Et ex Augustino Chisamensi. Quis tam acri ingenio fuerit, qui ex hisce verbis aliquem sensum eruere posset. Imo: Ex hoc certe loco deprehenditur non adeo exquisite Septuaginta Grammaticam Hebraicam calluisse. Multo melius Hieronymus. Nonne si bene egeris, recipies, si autem male, statim in foribus peccatum aderis? Ibidem εξ ετε, non sic, pro propterea, mutato ΙΚ in ΙΚΛ. Rursus, ετε ηλικιον επικαλλεσθε τὸν ποταμὸν κυρίου: Hic spe rauit inuocare nomen Domini. Pro, tunc exceptum est inuocari nomen Domini: sive, ut alij malunt, exceptum est vocari de nomine Domini: ut significetur tempus facta hominum discretio, ut ex ijs nonnulli appellarentur filii Dei, de quibus postea c. 6.

XVIII. Quanquam eo loco pro filiis Dei, male εγένονται οἱ οἱ οἱ, Angelī Dei: Et peperit hæc angelorum appellatio, (verba sunt Sixti Senensis libri quinti Bibliothecæ, annotatione septuaginta,) perperam postea maximas quæstiones, & in variis sententias aque etiam errores mentes hominum distracte. Quid quod hoc ipso sexto capite εν ηλικιον επικαλλεσθε, ex lignis quadratis, pro, lignis abiectinis, sive alterius cuiusdam generis? Nam ηλικιον quid sit nondum plane constat, nisi quod Rabbini volunt esse genus aliquod ligni levissimi: certe nunquam quadratum significat. Ibidem επικαλλεσθε ποταμὸν τὸν κύρον, colligens facies arcum, pro, fenestrā in arca facies.

XIX. Capite decimoquarto τὸν ποταμὸν τομαλήχ, principes Amalec, pro regione Amalechitarum: ηλικιον πρὸ ηλικιον. Ibidem τὸν ιεραδόν, equitatum & quidem ter, pro opibus, nimircum pro τοῦ ιεραδόν. Capite decimoquinto, ηλικιον επικαλλεσθε Αβραμ, sedit cum eis Abram: pro abigebat eas Abram. Legebant enim Septuaginta ηλικιον ποταμὸν ποταμὸν ποταμὸν ποταμὸν. Sed illud quo sensu? aut quis intelligat quomodo Abram federit cum auibus: Et 10. Φερεταις επικαλλεσθε: putes ubi coram vidi, pro, puto viuentis videntis me. Et 18. ηλικιον επικαλλεσθε: secundū tempus hoc in horas: pro secundū tempus vita. Et 19. ηλικιον επικαλλεσθε, ostium aperuit, pro clausit. Rursus, ηλικιον, turbati sunt, nimircum Angeli. Sed Hebraice, ille turbabat, scilicet Lot. Et 10. εἰς τὸν ιεραδόν επικαλλεσθε, in honorem facie. Sed τοσούτοις, non aliud quam velamen sonat. Ibidem επικαλλεσθε, & in cunctis esto veridica. Hebraice, ηλικιον ποταμὸν ποταμὸν. Latinus: & quocunque perrexeris, memento te deprehensam, satis longa paraphraſi. Iunius, atq; hæc omnia, ut eruditiss. Et 21. ridicule επικαλλεσθε, pro Hebraeo ηλικιον ποταμὸν ποταμὸν. quod est princeps exercitus: & ne forte fortuna id accidisse quis putet, idem error reputatur, c. 26. Quid autem exercitū cum nuptijs.

Tom. I.

XX. Esaiæ primo: τὸν ποταμὸν τομαλήχ, non amplius remittat peccata vestra: pro laboravi sive defessus sum sustinendo. Ibidem Αριθμ. 18. τοῦτο τὸ δέλτα λαγον οὐ δεσμόν Κύριον σαβαδόν, καὶ οὐ ιχνωτεῖσθαι, τούτοτε τὸ μονοθεόν εὐ τὸν ποταμὸν τομαλήχ. Propterea hec dicit Dominator, Dominus Sabaoth. Væ fortis Israel, non cessabit enim meus furor contra auersarios. At Hebraice multo aliter. Propterea dicit Dominus Deus exercituum, fortis Israel. Heu: consolabor ab hostibus, sive super hostibus meis. Rursus pro Hebraicis, Auferam omne stannum tuum, Græc. ce est, τοῦτο γάρ επειδή σταντιον, καὶ φέλα πάντας αὐτοὺς δέσποτον, καὶ τὸν ψερφάνους: at inobedientes perdám. Et auferam iniquos a te, & omnes superbos. Cap. 3. τοῦ βασιλέως τὸν ποταμὸν τοῦ ποταμοῦ. Et cibis meus sub teste. Quanlonge à veritate! Nam ἡ Μακεδονία est scandalum, offendiculum: Latinus Interpres vertit ruinam. Ibidem: καὶ γλωσσαν αὐτοῦ μετὰ τὰ αὐτούς τὸν Κύρον απειδούσες, διότι νοῦτοι πεπεινόντες οὐδέποτε αὐτούς εἰσιν. Et lingua eorum cum iniquitate, qua ad Dominum non credentes: quare nunc humiliata est gloria eorum. At Propheta dixit, Nam lingua eorum, & cogitationes eorum ad Deum, sive potius, contra Deum ad irritandum oculos gloria eorum. Hieremia decimo septimo, pro, Πραντοῦ est pro omnibus & pernervis: quis cognoscet? Graece est: βαθύνα η καρδία τοῦ ποταμοῦ αὐτούς εἰσιν. Quod indisposuit Veteribus, qui bono quidē zelον (inquit Hieronymus) at non secundum Scientiam, vñ sunt contra Iudeos. Et 23. Hoc nomen eius quo vocabit eum, Dominus Ioseph: cum debuerit dici, Dominus iustitia nostra. Imo ut sciamus Papistas ex aliorum vitijs sua struere commoda: cum Hieremia 12. pro Hebraica veritate, posse derunt; nec utilitatem accepérunt. Graece legatur, οὐ λόγοι οὐ τοῦ τοῦ θεοῦ οὐ τοῦ ποταμοῦ, clericorum non proderunt eis, Bellarminus non erubuit inde probare separationem clericorum a laicis, lib. 1. de clericis c. 1. Hierem. 34. quum Sedechia mōrē predicitur, Καύσον την καύσην vnde: Latine, comburent te, quasi illus is Iudeorum mōs fuerit. At Hebraice comburent tibi, nempe aromata, quod frequens.

XXI. Venio ad eos locos, quos audacia corruptit potius, quam mutauit imperitia. Genes. 8. locus est celeberrimus de coruo emissu ex arca. Moses scripsit in hunc modum: Emisit coruum, qui egrediebatur, & reuertebatur, donec siccarentur aquæ super terram. At Graeca editio αὐτοφατικός οὐ μνίνον, η εἰσιθῶν τοῦ αὐτοῦ ποταμοῦ. Et egressus non rediit. Praclaros vero interpres, qui id negent, quod suus author assertit. Errorem sequuntur Editionis Latinæ exemplaria plurima: meum manuscriptum antiquissimum: & Venetum anni post mille quadringentos leptuagesimi noni. Etne plura colligam, Franciscus Lucas ē tanto numero, quem habuit, vix tria aut quatuor potuit excipere: nec aliter legit Steuchus, aut Canus, aut Andradius, aut Sixtus Senensis, aut Pererius, aut alij, etiam veteres, Chrysostomus, Augustinus: Itaque non dubito Ariam Montanum ex suo ingēnio emendasse: & quidem (quod miror) non annotata in Apparatu varia lectione. Sed Sixtina Biblia retinuerunt. Et fecit hic error (inquit Augustinus Chisamensis apud Sixtum Senensem, lib. 5. Bibliothecæ annot. 83.) ut fabulosissimas questiones huc inuenient expositores.

XXII. Errorem tueruntur Canus & Huntlaus, excusant Lucas & Andradius, & Pererius: Canus quidem nullo argumento, nisi autoritate veterum, Cypriani, Ambrosij, Augustini, Chrysostomi, Eusebij: ipsius etiam Hieronymi. Sed facilis responso. Nam illi non poterant non ita legere, quineque Hebraice scirent, neq; alia vterentur editione. Hieronymus non isto tantum loco, sed alij ionumeris tantum tribuit consuerudini, ut ipse etiam vteratur editione Graeca: quanquam in questionibus Hebraicis mendum suboler Luca & Steuchus, quia cum de coruo aliter in Hebraeo dicí asserat, tamen statim eadem lectio subiicitur.

XXIII. Huntlaus audacior. Plerisque Hebraicis verbis contrarias esse significationes, interque ea verba ηλικιον, non tantum redeundi, sed etiam recedendi. Exempla sitat Ezechielis decimo octauo, bis, bis etiam hoc ipsis Geneſeo octauo, itaque reddendum, Coruus egressus est egrediendo, & recedendo donec siccarentur aquæ super terram, id est, egrediebatur, & non reuertebatur.

XXIV. Sed esse quibuldam verbis contraria significata, nemo Hebraicē doctus negat. Huic tamen verbo ηλικιον nemo vñquam doctus dixit. Omnes reditum significare sciunt. Sed dupliciter, pro varia syntaxi. Ali quando enim à termino: vnde nihil mirum si inferat recessum. Sed tunc construit per Δύτις locis, quos Huntlaus nominavit, aliter vero constructum, vel etiam absolute positum, temper redditum significat, nec contra dabit exemplum. Sed maxime in ea phrasī, qui virtut hinc Moses, εξεύνος & redeundo, id postulat oppositio, ut egressui opponatur redditus; quod haecenus doctorum nemo aufus est negare.

XXV. Sed Lucas & Andradius, et si non negant discessum esse à verbis, tamen eundem seruatū sensum pertendunt: qui tamen ipsi inter se sensu non conueniunt. Nam Lucas coruū negat redditū in arcā, hoc est, intra arcā, idque habere, Graece, redditū tamen ad arcā, hoc est, supra teuctū arcā, & id Hebraice significari. Andradius autem coruū tribuit perennem quandam, incertamque agitationem, qua aera passim libere que circumvolvendo circumsurgabat, cum nullo loco posset consistere, idque significasset Leonem Iudeæ, ita vertentem, Coruū emisit, qui egressus vitro citroque volitabat. Et ne non sit satis nugarum, Sixtus Senensis aliter interpolat, autore Aloysio, Veronensi Episcopo duos fingente egressus coruū, qui primo circa arcā volitaret, ac si regredi vellet ante quam siccata essent aquæ: sed post perfecte egressus, non reuertus.

XXVI. Nimirum ita solent ingeniosi varia comminisci, vt ne sit dictum, quod dictum est. Sed extanto labore quis non videt longem melius us consuturos fusile Septuaginta istos viros, si tantum nunquam mouissent scrupulū, & simpliciter vertissent potius, quod legebant? Sed nescio quo malo fatu vix vñquam bene reddiderunt hanc phrasin. Nam hoc ipsis capite τοῦ ποταμοῦ ηλικιον, Latinē eundo & redeundo: Graece est εἰς τοῦ ποταμοῦ ηλικιον. Et minuebatur aqua. Ezech. 35. εὑρίσκεται ηλικιον, eunter & redeundem, Graece αὐτοπάππες εκτηνή: homines & iumenta. Et dignos hos quisquam existimet; quibus excusandis tempus consumat, cerebrum minuat? Et vt concederem hos esse posse Hebraicorum verborum sensus: tamen versionem Graecam non esse satis aptam inde apparer, quod ea sola viens nemo vñquam eos potuit suspicari: sed ijs soli exco gitarunt qui Graeca compararunt cum Hebraicis.

VV 2 Nam

Nam reliqui absolute & simpliciter negant rediſſe, vnde factum, (inquit apud Sextum Senensem Augustinus Chismanensis Episcopus) vt fabuloflaminas quæſtiones huc in uerint expositores, quærentes quo loco abfuerit coruus, per tot dies extra arcā, & vbi refederit, cum aqua fiscata nondum eſſent: & an reuersus sit ad Noe in arcā post aquarum exſiccationem.

XXVII. Sed audire. Reuersus est ad arcę teclum, & id Hebraicę, non reuersus est intra arcam, & id Græce. Ergo, inquam, falsa hæc Græca versio, quia non habet id quod est in Hebræo. Viciimus ergo, quicunque non probamus hanc editionem. Nemo est enim qui ab ea non querat, quid Moses dixerit. Nemo item, qui non neger illum Interpretis nomine dignum, qui allia explitum, cum cepe suus autor dixit. Deinde, vnde habetur redditus ad teclum? quis reuelauit? Nam Septuaginta prophetas fuisse negat Hieronymus.

XVIII. Perennem agitationem video subtiliter excogitata ab Andradio, quam & verba ferre possent, si horum duorum verborum habenda tantum esset ratio. Sed quid nulla ne habenda ipsius corui? Nam in hac perenni agitatione, vel nūquam coruus quieuit, vel contra. Si quieuit, vbi? Nam omnia pontus erat. Nec ea corui natura, vt natet. An super cadaveribus? At ea negat Perius potuisse superesse, An nunquam quieuit? Qui potuit? Nisi forte extinctum velint in aquis, cum volatui non sufficeret. Sed quis diuinavit.

XIX. *Duos Aloysio egressus quis manifestauit? Nam si somniauit ipse, ridendum scelē propinavit. Tanto magis, quanto certius Mosem obseruasse egressum columbā triplicem, & diferte notasse redditum, cum non dum aquæ essent exsiccatae: postea vero contra. Non addidit (inquit) regredi. Itaque in his somnijs nihil est præter meras φλυαρίες.*

XXX. Sed pergo ad alia huius audaciae exempla. Gen. 37. pro eo quod Hebraice dicitur Ioseph deculisse fratrum suorum inique facta ad patrem, Graece contra illi dicuntur accusasse fratrem Ioseph apud patrem, κατηνέγκει τον Ιωσήφ φοργάν πονηρὸν αὐτόν Ιωσήφ συγχέλλει τὸν πατέρα αὐτοῦ. Sic enim legimus in Argentoratensi editione: Sic olim Chrysostomus: sic Procopius: sic Steuchus etiam. Sed correxit Arias κατηνέγκει τον Ιωσήφ: Et quidem nulla annotata lectionis varietate. Exemplo non bono. Eod. c. 5. viginti argentei, mutati sunt in viginti aureos. Qua de te sic Pererius in eum locum. Mirum est autem, nec satis dispici potest, quid sequunt fuerint Septuaginta interpres, qui hoc loco posuerunt, Ioseph esse venditum viginti aureis, cum in Hebreo non sint aurei, sed argentei: valeat autem argenteus quatuor drachmas, aureus vero minimum decem. Cur igitur argenteos mutare voluerint in aureos, & quibus sapientibus, atque etiam nunc in quaerendo sum. Neque hoc tantum loco, verum etiam infra capite quadragesimo quinto, pro trecentis argenteis, ut est Hebraice ipsi verterunt trecentos aureos. Hieronymus certe de hoc reprehendit & damnat translationem Septuaginta, tum in Traditionibus Hebraicis in Genesim super hunc locum, tum super vice simum sextum caput Matthaei. Cap. 38. nurus in sponsam. Cap. 41. pro Hebraicis, absq; me Deus respondebit pacem Pharaoni. Graec habetur αὐτὸς Θεός, γὰρ ἀποκελθοτε τὸ οντότοτον Φαραὼ: Sine Deo non respondebitur salutare Pharaoni. Cap. 49. augustissimum illud Iacobi testamentum fœde corruptitur multis modis. Συμεὼν Λεύτιος δὲ λόγοι: οὐαὶ τοῖς οὐδεὶς οὐαὶ τοῖς ιαγουαῖς οὐαὶ τοῖς Σίραον & Leui fratreis perfecerunt iniuritatem propositi sui. Moses scriperat כִּי חָזֶק מִכְּרַת הָאָדָם, quatum volum postrema varie à varijs exprimitur: nonnulli habitationem esse putat, ut sit, Vasa violentia habitatiois ipsorum, vt Steuchus, vel, in habitacionibus suis, vt Pagninus: Leo Iude, arma violentia macherae eorum, quia est allusio quædam inter macheras & vocem Hebraicam. Alij aliter. Sed nemo tam procul discessit à veritate, quam Septuaginta, apud quos vix inuenias vestigium contextus.

XXXII. Exod. 4. Sponsus sanguinum tu mibi es. Pererius 8. disp. in id caput. Cur Interpretes Septuaginta verterint, Stettis sanguis filii mei, equidem nescio, nam nec ambiguitas vocis Hebrae, nec similitudo & conuenientia eius cum alia quapam voce, istiusmodi interpretationis prabere occasionem potuit. Deut. 32. cum sit Hebraice, Statuit terminos populorum pro numero filiorum Israelis. At Graecē ἵστησι ὁμοίως τοῖς οὐρανοῖς περιβάλλονται. Constituit terminos gentium, iuxta numerum Angelorum Dei. Vnde Veteribus persuasum singulis gentib. singulos angelos assignatos, teste Maldonato 18. in Matth. Sed deuterius, Non dubium est, quin locus is apud Septuaginta sit depravatus.

XXXIII. Esaiā 8. *Liga testimonii signa legem in discipulis meis.* Septuaginta, τὸν φανεροῦ στρατὸν τοῦ φρεατοῦ μέρος τοῦ νομοῦ Θεοῦ μαρτύριον, tunc manifestū erit signillantes legemne dicant. Prouerbiū 30. *Tria sunt difficultia mīhi, & quartum penitus ignoro, viam aquilinā in Cœlo, viam columbari super terram, viam nauis in medio mari, & viam viri in adolescentula.* At Græce hoc postremum εὐρόμελε Latine etiā in adolescentia. Vnde Baradius probat non posse sciri gesta Chri-

stii ab anno duodecimo ad bapti smum vsq; Commentariorum in Concordiam libri 10. c. 15. tom. 1. Nonne egrégie: & Iesuitice? Errórem emendaerant aliquæ editiones Latinæ: sed Sixtus restituit, & per Lucam Burgeniem edidit, ne quis facile scribat adolescentulam.

XXXIV. Hæc quis dissimulare queat? Sed audacissima est numerorum
permutatio, quorum rationem nullam videntur habuisse. Nam Graecos
5. quinque patribus, nimirum Seth, Enos, Cainan, Malaleel, & Enoch, ante
te quam filios gignerent, singulis annos tribuit centenos ultra veritatem
Hebraicam. Mathusalem vero detrahit annos viginti duos: Lamech autem
sex addit. Rursus iisdem de tempore vitæ post genitos primos filios detra-
hit annos centum: excepto Mathusala, cui addit annos totidem. Lamech
autem detrahit annos triginta. Vnde præter falsationem, que ipsa per se
maximum est incommodum, duo præterea absurdâ consequuntur. Prima
Chronologia perturbatio. Nam cum à creato mundo ad diluvium veri-
tas Hebraica colligat annos tantum mille sexcentos quinquaginta sex, ta-
men ex Graeca editione fiunt bis mille ducenti quadraginta. Secundo,
cum à nato Lamech ad initum diluvium numerentur anni septingentio-
Etoginta octo: tamen post eundem Lamech natum vixisse dicitur Mathu-
sala annos duos supra octingentos, id est, post initium diluvij annos qua-
tuordecim. Vbi seruatus? Nam in arca non fuit ille quidem. At ex sup-
putatione Hebraica incidit eius obitus in ipsum diluvii annum. Rursus ca-
pite vñdecimo in genealogia, que texitur à Sem usque ad Abrahamum
natum, primo singulis iterum adduntur anni centum, nonnullis etiam plu-
res: deinde additur generationis gradus unus. Cum enim Arphaxat di-
catur genuisse Sale: editio Graeca fingit intermedium Cainam cum annis
centum triginta. Ita sit, vt cum à diluvio ad Abrahamum natum elapi-
sint anni tantum trecenti quinquaginta duo: ex Graeca tamen supputatio-
ne colligantur anni mille ducenti triginta sex. Simili audacia capite qua-
dragesimo sexto pro quatuordecim filiis Rachelis non nominantur octo decim: Et pro ceptuaginta animabus, id est, capitibus familiae Iacobi septuaginta
quinque: repetiturque error capite primo Exodi. Numerorum quar-
to vigintiquinq; pro triginta. Ion. 3. *Ille regis usque ad rivotem iuxta res ipsas fortuitas.*
Adhuc tres dies & Ninius subiuretur. Hieronymus. *Trinus numerus qui pos-*
nitur à LXX. non conuenit pœnitentia. Et satis miror cur ita translatum sit,
cum in Hebreo nec literarum, nec syllabarum, nec accentuum, nec verbis illa
communitas. Nimirum quia Hebraicè, dies dicuntur non tres, sed qua-
draginta.

XXXVI. Omissa etiam nonnulla. Genesios primo, Εἰποίσθι Θεῖς
αὐτῷ πεπονικάται εἰνέται Θεῖς εἰποίσθι αὐτῷ. Et fecit Deus hominem. Secun-
dum imaginem Dei fecit illum. At Hebraicὲ ιυφαστικά τεον, quia res est magna
momenti. Et creauit Deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem
Dei creauit illum. Paulo ante ad diem secundum omisum est. Et factum
est ita. Capite 17. hæc omnia omittuntur. Circuncidendo circuncidetur na-
tus domini tua. Emptus argento tuo. Et quamvis totidem fere verbis iam ex-
pressa erant, tamen non inutiliter repetiuntur à Spiritu Sancto. Item ita,
Iosael filius eius agebat tertium decimum annum, quando circumcisus est carnē
præputij sui. Cap 30. Et incoluit grex ad virgas. Et 35. Ego Deus omnipotens,

Græce deest Omnipotens. Exod. 38, Steuchus, *Dimititur totum hoc, quod de atrio scribitur in codicibus Græcis, & eius loco ponitur descriptio labri. Cumq[ue] in eius descriptione diutius immorantur Septuaginta; interim integrum fere cap. ex contextu omiserunt.*

XXXI. Hæc cursum: & quidem ex vno Mose. In quantum enim monilem progrederer, si omnes libros euoluerem? Non debeo tamen eos locos tacere, quos suis obrectatoibus confidenter Hieronymus obijciebat. In Apostolorum scriptis multa (inquit) de Veteri Testamento legimus, quæ in nosris codicibus non habentur: ut est illud, ex Ægypto vocavi filium meum, & quoniam Nazareus vocabitur: & videbunt in quem compinxerunt: & flumina de ventre eius flueta quæ viuis, & quæ nee oculus vidit, nee auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ preparauit Deus diligentibus, & multa alia quæ proprium syntagma desiderant. Interrogemus ergo eos, ubi hæc scripta sunt, & cum dicere non potuerint, de libris Hebraicis proferamus. Primum testimonium est in Osea: secundum in Esaia: tertium in Zacharia: quartum in Proverbiis, quintum & que in Esaia. Quod multi ignorantes apocryphorum deliramenta selectorunt: & Hiberas namus libris authenticis preferunt. Hec Hieronymus. Et merito. Nam in Græca editione hi loci sic leguntur. Primus Oœcæ 11. ιξ αι μετα την παραλογισμον την επινοιαν: Ex Ægypto vocavi filios eius. Tertius Zacharia 12. ιξ επιβλεψονται πειδεις αποκρισιον, & aspicient ad me, pro ijs quæ proterve egerunt. Quintus Esa. 64. ιξ επιβλεψονται πειδεις αποκρισιον. A seculo non audiuius, neq[ue] oculi nostri viderunt Deum prætere, & opera tua quæ facies expectantibus misericordiam.

XXXII. De secundo & quarto loco non ita liquet. Nam Esa. 11. est quidem in Hebreo vox γένεσις quæ alludit ad Nazareum, imo est ab eadem radice: proinde poterit, si quis velit, eo referre: ac certe non erit versio, sed allusio. Nec male legitur Græce ιεραθεοντα πατερον & οντα πατερον & Latine. Egregieatur virga de radice Iessa. Itaque melior eorum videtur sententia qui indicatum potius censem decimum tertium caput Iudei. um, vbi prædictitur Samson futurus Nazareus: fuisse enim illum typum Christi, nemo dubitat. Proverb. 18. Hebraice: Αqua profunda verba oris viri, torrens exundans fons sapientia. Quæ paulo magis accedunt ad verba Christi: quam quæ Græce leguntur, ιων βαθυ λόγοι καὶ δέος, πονεούσις ἀναπνοή, & πνεύματος, Aqua profunda sermo in corde viri, fluvius autem scaturit & fons vita. Sed forte non tam citatus à Christo locus dicendum quam indicatus: In quo etiam queritur, quid illud sit ανθρώποι aut à quo vsu.

C A P. IX.

De erroribus variis editionis Græca Psalmorum.

I DEPSalmis consulto nihil dum dixi: qui liber cum reliquis metris & Psalmis maxime, videtur, quisquis ille fuit autor Græca editionis, non tā Indere voluisse, quam illudere ijs quibus minime oportuit, id est, Ecclesiæ. Sed hic est Psalms proprius locus: tū quia vna eademq[ue] opera conficitur editio Latina: tum quia Bellarmius huic rei totum impendit c. 13. lib. 2. de Verbo Dei, contra Caluinū. Nam quæ in editione Latina peccata sunt, æquum est in Græca vindicari, vnde fluxerunt. Richardus Cenomanus Commentarij Lombardi in Psalmos subiecit collationes, quib[us] comparat vulgarem editionem reliquis quas viderat: ita ut in illius gratiam pronunciet semper. Nos hunc non negligemus.

II. Primus ergo locus est Psalmo 2. בְּרֵשֶׁת, Quidam vertunt adorate pure, sed longe pluti: Oculamini Filium. Et quidem priorem dictiōnem, nemo est, qui neget significare idem quod Latinis oculari. Sed adorationem eliciunt ex consequentia: quia oculum manuum in Palæstina, argumentum subiectiōnis erat. Altera autem deduci potest a radice דָבָר, vt mundum significet & purum, vix tamen opinor inuenias pro aduerbio: sed significare Filium notius, quam vt admonitione mea indiget. Esse autem sensum hoc modo pleniorem facile vident omnes. Nam si non exprimas id quod oculandum præcipitur, necesse est incertum relinquere præceptum. Propteræ recentiorum interpretum plerique omnes huc inclinant: Burgenis, Pagninus, Leo Iudæ, Varabius, Munsterus, Castellio, Arias, Henr[icus] Mollerius, ipseque Andradius: atq[ue] adeo Genebrardus, vt sit illustre va- ticismum de Christo: fædissime obscuratū à Græco & Latino interprete: ηπάξιος μεγάλα, apprehendite disciplinam: a quibus neutra vox est expressa. Stapletonus calumniatur nobis eam versionem non placere, quia disciplina necessitas (quæ est legem Dei seruare) ad viam iustitiae tenendam aduersatur iustificationi per solam fidem. Scilicet, quia nulli sunt alii loci qui disciplinam commendent, & nos ita sumus bardi, vt alijs locis toleremus, quod in Psal. 2. odimus. Imo Stapletonus est merus Sycophanta, qui nobis quo modo inuidiam conflare conetur: est etiam ineptus Theologus, qui disciplina necessitatem asserat esse contrariam iustificationi per solam fidem.

III. Greserus defensione c. 2. lib. 2. coniicit Septuaginta Interpretes, existimasse Verbum ψωμι deprehendere, vt in Coniugatione Hiphil. Ezechielis 3. quia osculantes sese & contingant & apprehendant. Deinde pro בְּרֵשֶׁת mudiitatem, seu purificatorum, indeque metaphorice disciplinam. Vel potius, מומָר. Et detracta prima litera, בְּרֵשֶׁת corripere, erudire. Minimo autem spatio dispare בְּרֵשֶׁת.

IV. Ego vero fateor omnino aliquam causam fuisse Κφαλματο, nec interesse utrum hæc fuerit potius quam vlla alia, neque inde effi: in non esse Κφαλμα. Imo Critici quotidie innumera huius generis emendant in librorum prophani contextu, cur non & nos in lacrorum voluminum Interpretibus? Nam hic periculum longemaius. Et tamen hoc causa quid sit vidamus. Verbum ψωμι putarantponi pro aporehendere. Intelligo: sed quo iure? Nam Ezechielis 3. nullus is sensus est: vbi Septuaginta redderunt πνευμα, Latinus percutere, quomodo in aliis sepe solent alæ. Quanquam potuit retineri significatio osculi, Metaphorica tamen. Nam osculantes, non tantum contingunt se, & apprehendunt, sed etiam son-

tum quandam edunt labiorum contactu. Propheta autem loquitur de hoc strepitu alarum: qui nullus esset si apprehenderent se se vicissim alæ.

V. In altera voce lepidus latus est. Legerunt γένεσις. Hoc falsum, inquam si legissent, essent interpretari. At, qui disciplinam dicit, non interpretatur γένεσις quo significatur mundities. At mundorum disciplinæ conuenit per metaphoram. Forte inquam. Sed hoc ipsum per catum est, pro verbis propriis figuratas substituere. Et quidem lohge peritas, atque ideo obscuriores. Imo non figuratas, sed figuratarum longinquas conjecturas. Quanquam nondum ostenditur, si sic legerint, recte legisse. De מומָר & בְּרֵשֶׁת quid dicam vix inuenio. Nam quæ alioquin verisimilitudo in tanta allu- natione? Vix cæcus legit מומָר, adeo discrepant, & literæ, & syllabæ. Alterum autem בְּרֵשֶׁת, etiæ nonnulli habent vicinum in tractu linearum, tamen oculos argueret non bene purgatos. Sed arguit potius Greseri non sanam mentem. Nam בְּרֵשֶׁת pro מומָר Hebreus nullus vñquam dixit. Nisi forte indi- dem natu, vnde qui dixerunt Coniam pro Ciconia.

VI. Sed Bellarmius sensum eius loci rectissime versum afferit: nimirum, quia Oculamini Filium, idem sit quod, agnoscite Filium Dei, esse verum Regem, & Messiam vestrum, oculando illi manum honoris gratia. At id non aliter possumus, quam fidem, & doctrinam eius recipiendo. Quid est autem aliud: Apprehendite disciplinam, nisi, eruditionem & doctrinam Filii Dei recipere?

VII. Nimurum, etiæ Papistis Theologis, & inter eos Iesuitis, illud Galeni φυσικῶν διωρίσαν, optime quadrat, των τις αἰχματῆς τῷ στένατον πέρι την καταστάσιν γραφῶν, ομοίως εἰς την ιδίαν την πονηραίαν, οι καλαθιδιάριτες τὸν τελευταῖς παλαιριστῶν, την γένεσιν την πονηραίαν, την πονηραίαν γραφῶν, οἵτε καὶ την πονηραίαν των αἱρέων τὰς κατεβαῖσθαις, τοιωτές αὐτοὺς πατέσται. Καὶ ταῦτα γενέσις, των λαμβάνεται. Quibus impudentia comes est, iij similes sunt ignavis luctatorib[us], qui diecēti, nesciunt manus dare: sed victores ceruicibus detinent, quamvis humili prostrati, eo quæ se credunt superiores esse. At ego Theologos putabam, non victoriā, sed veritatem af- fectare.

VIII. Frustra tamen Bellarmius αἰχματῆς. Nam primo, etiæ illa tam pulcre consuta, vera essent, tamen non patuum in eo peccatum est, quod illud testimoniū, quo Iudeorum periuaciam possumus conuincere, redditur obscuris. Nam illus trius esse, Oculamini Filium, agnoscite Andradius, Genebrardus, & Galatinus lib. 3. c. 5. non potuit alius in Iudeos torque. Quinetiam diserit e suo Hogostrato obijcienti Latinam editionem, responderet, Autem nostra editionis, equiuocatione vocabulorum deceptus, multa longe aliter translatit, quam veritas Hebraica habeat. Quin ipse Bellarmius c. 2. lib. 2. de Verbo Dei, Nihil aperi contra Iudeos deduci potest. In Hebreo est, oculamini Filium, qui locus est inuitissimus contra Iudeos. Vnde factum, vt nemo vñquam ex veteribus eo sit vñsus in hunc sensum, non Iustinus, non Tertullianus, non Cyprianus, non reliqui ex professo disputantes contra Iudeos. Non alij etiam eum Psalmum Christianis exponentes. Et audeat aliquis assertere ijs verbis cum sensu optime redditum, quem nemo vñquam suscipiari potuit, qui ijs verbis sit vñsus / imo ne tu quidem Bellarmine affecitus es, nisi arales in virtute nostra: hoc est, Hebreum contextum cu[m] peruerzione hac contulisses. Deinde aliud est Translatoris, alium commentatoris officium. Illius est ex uno idiomatico in aliud trāferte: quod legit: huius autem, & id interpretari quod legit, & ex eo necessarias consequentias eruere. Itaque, non Septuaginta Interpretum laudauit Bellarmius sinceritatem, sed suam ostentauit in neclendis consequentijs industria. At Caluinus non erat sollicitus de industria Bellarmi- ni, aut illius omnino Iesuitæ: sed conquerebatur non esse satis sinceram illam versionem.

IX. Quid? quod hæc ipsæ consequentiae sunt inanes? Nam primo si veræ sunt, quid obstat, quominus vñcunque disciplinam inuenimus laudatam, ibi constitutam Prophetiam de Christo? Exempli gratia, Proverb. 4. Tene disciplinam: Græce ιεραθεοντα πατερον, superfluo pronomine. Et 8. Audite disciplinam: Græce ιεραθεοντα πατερον. Et 19. Suscipe disciplinam. Βερβατης πνευματικος. Et alia. Nam his omnibus locis, nemo queritur: fūcum esse factum: est enim Hebraice, מומָר. Secundo, nego, apprehendere disciplinam, non esse aliud, quam eruditionem & doctrinam Filii Dei recipere. Nam aliud est in genere & ιεραθεοντα disciplinam commendare: aliud particulariter disciplinam, id eo, fidem & doctrinam Christi. Quare, etiæ verum sit, omnes, qui Christum agnoscunt pro Messia, suscipere etiæ disciplinam: tamen falsum est, omnes qui suscipiunt disciplinam, agnoscere Christum pro Messia. Deniq[ue], quid si sophisticari velim? negemque omnes, qui Christum agnoscunt pro Messia, suscipere disciplinam? Certe ipsa mihi Stapletoni calumnia faueret: qui nos dixit odio disciplinæ hanc versionem impugnare: quos tamen nemo neget agnoscere Christum pro Messia. Et si huius versionis impugnatio, argumentum est odij in disciplinam: quid ni erit veritatis Hebraicæ propugnatio, argumentum amoris in Christum?

X. Greserus vim consequentia constituit in totius Psalmi contextu, vnde appareat non aliam disciplinam intelligi, quam eius cui dictum, Filius meus es tu: Hoc modo: Apprehendite disciplinam eius, cui dictum, Filius meus es tu, ego hodie genui te, postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem, & possessionem tuam terminos terræ, & de quo etiam dictum est, Beati omnes, qui confidunt in eo, Ergo, Christus est verus Deus: quia nullius institutionem, disciplinam, & doctrinam, tanquam ad salutem necessariam, sub periculo ira diuinæ incurvant, amplecti, neq[ue] in quoquam absolute confidere iubemur, nisi in eo qui Deus sit. Et hoc modo conformatum argumentum inquit, ijsdem penitus lacertis aduersus Iudeos & Arianos pugnat, quibus illud ex altera translatione deductum.

XI. Sed fallitur Greserus. Primo, aliud est directum testimonium: aliud obliquum argumentum ex testimonij consequentia. Et illud si non fortius, certe clarius: quomodo τὸ πνεῦμα semper magis perspicuum, quam ηδιαντα. Imo hoc ipso, quod clariss etiam certius, quia fæse primo statim intuitu vis exerit. Itaque Galatinus longe sibi purauit confutius argumenti contra Iudeos ex Hebraica veritate. Imo, vt dixi, nullus Veterum potuit diuinare, ex ea versione sive Iudeos, sive Arianos conuici posse. Itaq[ue], etiæ reliqua omnia concederem, tamen falsum esset, ijsdem lacertis vñfini- que pugnari.

XII. Secundo, nihil habet Gretserus, quo prober intelligendam disciplinam eius, cui dictum, *Filius meus es tu*, magis quam in genere disciplinam, vel etiam disciplinam Dei. Itaq; Augustinus *Intelligere & erudiri, hoc est, apprehendere disciplinam*. Nec ab eo longe abeunt Theodoreus, qui disciplinam intelligit actum virtutis, non scientiam: Et Euthymius, qui perfectam virtutem. Sunt qui longe aliter. Lombardus, aduersa: indeq; Dionysius Carthusianus, informationem fraternalm, increpationem charitatuum, flagella Dei. Hoc cum ita sit, perit omnis argumenti efficacia.

XIII. Tertio, et si concedamus disciplinam eius cui dictum, *Filius meus es tu*, tamen argumentum fit magis elumbe. Argumentum, inquam, ab his verbis. Nam alioqui, si vrgeas, *Filius meus es tu*, Et hodie genui te, argumētum ducitur non ab his verbis, quæ nunc tractamus: sed ab alijs, de quibus nulla questio est. Fallit autem Gretserus, cum assert, nullius disciplinam, tanquam necessariam ad salutem, amplectendam, sub periculo iræ diuinæ, nisi eius, qui natura Deus sit, facilime eluditur: distinctione auctoris primi, & secundi: Nam Lex Dei dicitur etiam Lex Mosis, Et Euangeliū Christi, etiam Euangeliū Pauli. Tenemurque necessario ad salutem, & sub periculo iræ diuinæ amplecti tum legem Mosis, tum Euangeliū Pauli, nec tamen aut Moses, aut Paulus Deus est. Quid autem habet ex contextu Psalmi Gretserus, quo prober disciplinam Christi, dici tanquam auctoris primi, potius quæ auctoris secundi? Mirro illud absolute considerare, quod certe non habetur ex Hebraica veritate, aut etiam à versione Latina: sed tantum, considerare.

XIV. Hæc cum ita sint, longe consultius est errorem agnoscere interpres, quam Ecclesiam spoliare suis armis. Recte, cum Hugostratus obijceret, *Editio nostra, apprehendite disciplinam, hic habet respondit Galatinus*. *Autor nostra editionis, & quicunque vocabulorum deceptus, multa longe alter transfluit, quam veritas Hebraica habeat*. Cui sententia possumus & nos scire acquefere, quantumvis indignentur Iesuitæ.

XV. Secundus locus Psalm. 4. *O viri, siue filii viri ad verbum, quoniam gloriam meam in ignominia?* At Græce, οἱ αὐτῷ μένεις πότες, πυράδαιοι, Latine, *Fili hominum* ut, quo graui corde? Bellarminus, primo textrum Hebraicum calumnatur esse corruptum: & pro כבורי לם הַמִּלְחָמָה legendum, *כְּבוֹד רַבְּךָ*, graues corde, quare: vt non tantum in prima dictione puncta mutentur: sed etiam secunda tum dividatur in duas, tum muret in ב, mutatis etiam punctis. Et hoc ante Bellarminum somniarat Richardus Cenomanus. Secundo, sensum assert esse eundem, quia Deus conqueratur de hominibus, quod neglectis æternis, diligent temporalia, & eos vocet graues corde, quia tales sunt vitio suo, siue ex Hebraica veritate, gloriam sumam, & inclitos suos, quia tales sunt beneficio diuino.

XVI. Respondeo ad primum, esse intolerabilem illam quidlibet mutandi audaciam, qua si permittitur, quid non conficit etiam impudentissimum? Exempli gratia, in hoc ipso loco, si liber exemplo Bellarmini ludere solis punctis mutatis, & diuisis vocibus, quis me legere prohibeat *לְמִלְחָמָה כְּבוֹד רַבְּךָ*? ut sit extincerunt sufficientiam, ad omne quod, pendente sensu, aequi in artificio Bellarminiano. Itaque hoc ego prorsus indignum censeo responsione, & siue ita legerint, siue ipsi ita corruperint, indignos venia interpretes. Quod si hoc solum loco peccasset, posset infirmitas misericordiæ mouere, vt aliquo vtcunq; amictu velaretur: sed infiniti nobis essent hoc modo luxandi loci, quod absit à Christianis. Et tamen, vt hancaudaciam dissimulemus, nondum vulnus est sanatum. Non enim verti potest, ut quo graues corde: non fert enim idioma Hebraicum, vt *לְמִלְחָמָה* pertineat ad præcedentia. Deinde quo exemplo, qua analogia efficient *לְמִלְחָמָה* esse? Rursum quid est *כְּבוֹד רַבְּךָ*, aut quod vocabuli monstrum? *כְּבוֹד*, vbi vlturatum? Nam Bellarmino Italo Iuris esse Hebraica vocabula fingere, quis sanctius?

XVII. Ad secundum, nego sensum esse eundem, nunquam enim quilibet quantumvis Iesuti, o artificio, idem erit, graues corde, & gloria mea in ignominiam. Nego etiam Deum conqueri de hominibus. Nam is potius Propheta est, qui hostes suos increpat, a quibus conculcatam suam videret auctoritatem. Deinde et si id verum esset, tamen non sequiture eundem esse sensum. Nec sequitur, vt si suo virtio homines sint graui corde, per gratiam autem gloria Dei, ideo vnumidetq; sit gloria mea, & graues corde. Nec recte est, vt si suo virtio Galatae erant insensati, pergratiam autem Christiani, & eo qui è Græco vret Epistolam ad Galatas, pro ijs verbis, *O insensati Galatae*, possit Latine dicere, *O Christiani Galatae*. Nam et si verum dicat de Galatis, tamen falsum dixerit de mente Pauli, expressa in eo versu. Et vt agnoscas longe aliud Græce exprimi, quam Hebraicè, nemo est vñquam sola versione Græca vñsus, qui sensum Hebraicorum verborum suspicatus sit.

XVIII. Tertius locus ex Psalm. 32, in quo Hebraicè legimus iuxta Hieronymum. *Versus est viror meus in siccitates astatis*. At Græce, ἐπάθεσίς εἰς τὸ έμποργμόν της μετὰ τὴν θεραπείαν, Latine *Conuersus sum in arumna mea*, dum configitur spina. Bellarminus rursus textrum Hebraicum calumnatur: & murari vult *נְהַפְּתָח לְשָׁרֶב* versus est *viror meus, in נְהַפְּתָח לְשָׁרֶב conuer-* *sum in arumna mea*. Iterum illud *בְּחוּבוֹנִי קֵצֶן* in siccitates astinas, in קֵצֶן *dum configitur mibi spina*, quod Cenomoano placuerat.

XIX. Enrurus Gigantem audaciam: sed iuxta proverbiū ἀμαρτίας θράσος φίρει. Primum שׁ pro æruminis, vnde habet? Secundo, itane minimam mutationem appellat כְּבָלָק, cum quatuor literis primæ vocis adduntur duæ, & in secunda vñica muratur? Tertio, quid est? נְהַפְּתָח, intelligo conuerzionem significari. Sed hoc loco Bellarminus non quamlibet conuerzionem recipit, sed eam quæ sit ad pœnitentiam. At hoc sensu nego vñquam vñspari hoc verbum. Quod timide Genebrardus subindicare vix ausus est. Et Gretserus mentitur hoc sensu accipi versu 5. c. 60 Esa. Quarum quid est? בְּחוּבוֹנִי? aut quanam analogia confici potest, vt significet dum configitur mihi? Expectabo dum per otium Cardinali liceat explicare: securi ridens imperitam audaciam. A qua paulo alienior Lorinus: nondum tamen alienus, qui בְּחוּבוֹנִי: dixit pro בְּחוּבוֹנִי: sed expuncta tamen una consona. Quod non licuit viro religioso. Sed isti si possunt, dicitur à Genebrardo non inclinare Hebraea ad communem intelligentiam.

XX. Quartus locus ex eodem Psalm. 4: vbi Hebraica veritas habet iuxta Pagninum. In chamo & frano os eius est ad coercendum, ne approquinetur tibi. Græca editio sic exhibet, καὶ μηδὲν καὶ μηδὲν ταῦτα αὐτὸς εἶς,

τὰ μηδὲν ταῦτα αὐτὸς εἶς. Latine, In chamo & frano maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te. Bellarminus hic miram exaggerat Caluni impietum, duplum ob causam, primam, quia sic Hieronymus, & omnes veteres legerunt, alteram, quia Hebreæ sic possunt commodissime erponi.

XXI. Respondeo, Caluni nullam esse impudentiam, sed Iesuitæ magnam *אֲוֹדָנוֹת*: qui ausit tantum non negare meridie Solem lucere. De Vereribus facile negotium. Nam cur illi non sic legerint, quibus aut nullum, aut vix illum editionis Græce peccatum fuit cognitum: At nobis immanis foret stultitia inuentis frugibus glande velci. Hieronymus laudabilis conatu reformationem editionis Latinæ inchoauit, non perfecit. Hebreæ autem sic commode verti posse, vt haber editio Græca, sumitur, non probatur à Iesuita, à nobis ridetur. Nam quod in Commentarijs addit, puncta olim alia fuisse, vnde dictum, *maxilla eorum, pro maxilla eius*, non videretur mentis compos fuisse. Nam apud Hebreos pronomina eius, & co: um, tam punctis differre plane falsum. Idem vero esse, *Ne approquinetur tibi*: & *Quin non approximant*, ne millies quidem iuranti Apologista Gretsero credet quisquam. Porro discat vterq; ex Genebrardo, hos autores dissoluisse sententiam, vt quæ ad præcedentia pertinebant, distraherent ad leuentia.

XXII. Enimvero, quando de impudentia sermo incidit, quam tam se cure hominum hoc genus nobis exprobrat: liber pauca subiçere exempla immanis modestiæ collecta ex Cenomano: quanquam tum hoc, tum proximo capite plura erunt. Psal. 4. pro Latinis, *Frumenti, vini, & olei*. Hebreæ tantum est, *Frumenti & vini*. Hoc ille vt defendat, iubet ad שְׂמָחָת יְהוָה addi vnam lineam, & fieri תְּרוּשָׁמָן, compositum ex שְׂמָחָת, oleo & vno. Similiter Psalm. 37. *Non est respectus morti eorum*. Ut respectum hunc rueratur, coniecat Septuaginta exitimasse חַדְרָצָבָות vocem eis compositam ex חַדְרָצָב, quod sit sententiam determinare: & בְּתַת pupilla oculi. Et huius inuentanta fuit confidentia, vt dixerit, quomodo id quadret respectui, etiam sentiente, liquere. Sunt tamen ea monstra, vocabulorum, vni ei monacho cogita, magis quam cognita. Psalm. 7. pro, *nunquid traheretur per singulos dies*? Hebraicè, *Deus irascens quotidie*. Ille, appetit, inquit, legisse δύναται. Quasi phrasis sit Hebraica, & non potius purus purus foliæcismus. Psalm. 29. *In atrio, pro in decore*. Si deducatur, inquit, רְדוֹ, significabit misericordem: Quasi, inquam, *בְּהַרְרוֹת* inde defiecti possit vlla patratio Grammaticæ. Plal. 47. *Hereditatem suam, pro hereditatem nostram*, nempe si pro נְחַלָּתָנוּ Nachalatenu, legas נְחַלָּתָנוּ, cum daghes, cum tamen posterius non ferat Grammatica ratio. Addit hæc, si non aliena, saltē non verisimilia. Psalm. 11. *Odit animam suam: Hebraica, odit anima eius*. Paratum remedium, vt legas, שְׁנָאָה נְפָשָׁו, pro שְׁנָאָה נְפָשָׁו. Item Psalm. 35. וְאַתָּה אַתָּה נְפָשָׁו. Item Psalm. 35. וְאַתָּה אַתָּה נְפָשָׁו. volunt: pro, qui vult. Nempe si pro חַדְרָצָב substituas חַדְרָצָב. Hechaperse N et si nonnulla confexi possunt similes Syntaxis exempla, tamen ea Grammatici annotant, tanquam anomala, & præter morem. Itaq; viderit sciolus quantum sibiliceret purauerit.

XXIII. Quintus locus ex Psalm. 38. *כָּלְמָלוֹנְקָלָה*. Hieronymus vertit, *Lumbi mei repleti sunt ignominia* Pagninus, *Ilia mea plena sunt ardore*. Munsterus, *Fæmora mea implæta sunt morbo contemptibili*. Junius, *Ilia mea plena sunt vilitate*. Septuaginta vero, οὐ γένεται παραπλανητικόν μηδενικόν. Latinus interpres, *Lumbi mei implæta sunt illusionibus*: Caluinus querit, quid sibivellit. Responderet Bellarminus, Davidem loqui de eo pruritu, atq; ardore libidinis, qui dum in corpore existit, illusiones in mente gignit: Græcum que interpretem effectum pro causa posuisse.

XXIV. At non satis videtur attendisse subiectum eius Psalmi, quo, cū in morbum incidisset grauissimum Propheta, precatur à Deo veniam peccatorum: & morbum describit aliquot versibus, in quibus, etiam iste. Ceterum facilis erat, nifallor, excusatio Græca editionis: nam מִלְעָנָה, non valde ab ludunt ab Hebreæ voce לְמִלְחָמָה, qua contemptus significatur: וְעַמְּגָנָה vero est alicui illudere: vt Marci 10. וְעַמְּגָנָה, ut te. Et illud ei Erit quidem dura loquutio, ac proinde à Caluino non prorsus frustalugillata, sed tamen quæ excusat possit. Este peri ulosam, discat Bellarminus suo exemplo, qui traduxerit ad illusiones animæ, id est, quibus anima turbatur.

XXV. Sextus locus ex Psalm. 68. vbi Hieronymus vertit, *Deus inhabitat facit solitarios in domo*. Pagninus pro solitariis, vñcos dixit, Munsterus, *Deus est qui collocat unicos in familiam*, Leo Iuda, *Deus est qui orbis restituit familiam*. Junius, *Deus collocat solitarios in familia*. Quorum omnium sensus est: Deum ijs quorum nulli erant filii, fecunditatem largiri, vt amplam familiam possidente. At Græca editio longe alium sensum reddidit, o Θεοὶ κατακίνει, πορεύεται εἰς εἰρήνην. Latine. *Deus inhabitare facit unius moris in domo*. Bellarminus responderet verba Hebreæ re. ipere plures sensus, & omnes veros. Primus est, Deum in domo sua, id est Ecclesia, habitare facit homines vñius moris, id est, vñius fidei, vñius spei, vñius voluntatis: & hoc Septuaginta expresseunt: quia לְמִלְחָמָה est venire. Secundus: Deus facit, vt homines derelicti & solitarij, qui non habent à quib. defendantur, securi habitent in domib. suis. Et hoc Hieronymus viderur respicisse. Tertius: Deus facit orbos, vel steriles, magnam familiam possidere. Quartus: Deus facit, vt quidam præ amore cœlestis contemplationis, relicta frequentia, ad loca deferta se recipiant, & soli habitent, vt olim Helias, Ioannes Baptista, Paulus, Antonius, Hilarion.

XXVI. Ergo, primo peccarunt, inquam, Interpretes Græci, qui Πάτερ, verterunt μετέρας, quæ vox non tam late patet, vt omnes hos sensus comprehendat, sed tantum significat eos, quibus ijdem sunt mores. Est n. boni interpres officium (iebat Driedo) vt sententias reddat easdem & ex quales nec ampliores, nec strictiores. Cærum, non quærebat Caluinus, quantum ingenio contendere posset lophisticulus Iesuita. Quid est n. quod ille non audeat? Sed quærebatur neglegit esse boni interpretis officium. Non esse autem vñius loci, nisi vñicum senti, γνωστὸν εἴη τοι. Tum norunt Hebreæ periti vocabulum γνῶστος, nunquam significare μετέρας: sed solitarios. Itaq; etiamsi non negem Deum efficere, vt in Ecclesia homines vivant μετέρας, id est, vñius fidei: tamē hinc esse huius loci sensum pernego: multo magis illam de monacharu fabulam, quam αὐθόδοξος Iesuita commentus est, sibi canens & suis: hoc ipso docens, quantum sit malum, discedere caliterali sensu Scripturæ.

XXVII. Septimus locus ex eodem Psalm. codemq; versu. Hebraicè iuxta Hiero-

LIBER DÉCIMVS TERTIVS, CAP. IX.

23

Hier. *Educit vincitos in fortitudine*: increduli autem habitauerunt in sticxitib.
luxta Paginum: *Eduxit vincitos compedib. rebelles a. habitant in sticxiolo loco.*
Et Græc longe aliter. i.e. πατέρων πατέρων οὐδέποτε οὐδέποτε οὐδέποτε τούς
τούς γεννηθέας εν ταῖς φύσεις, ή αἰτίαι. *Qui educit vincitos in fortitudine simi-*
liter eos qui exasperant qui habitant in sepulchris. Errorre triplici: & quod TN
redditur οὐδέποτε: Et quod η θεραπεία exponitur εν ταῖς φύσεις: Et quod hæc sic supe-
rioribus connectuntur, ut pendeant ab eodem verbo, sensuque sit: Deum
educere vincitos: & educere eos qui exasperant: ut omittam illud exasperat,
non bene exprimere Hebraicū בְּרֹךְ, quo rebelles significantur, & αἰτι-
σμόν. Hinc delusus August. vtrōisque & compeditos, & amaricantes (sice
nim legebat) dixit, gratia Christi educi in fortitudine.

XXVIII. Bellarminus facetur vocem πατρίου esse locum ardenter & siccum. Sed interpretem voluisse deserti illius horrorem exprimere, unde Deus populum suum eduxit, quod quidem instar sepulchri esse videatur: ut Ezechiel cap. 37. Babyloniam captiuitatem sepulchra nominavit. Sed ita ex tribus peccatis unicum duntaxat excusat : reliqua manent intacta: & quidem præcipua : maxime tertium: quo sibi Bellarminus passus est imponi: nec n. verum est Prophetam loqui de deserto, unde eductus fui populus Israel: sed de effectis iræ Dei in impio. Addo non esse boni interpres, verba deligere, quæ non nisi per longas ambages deducant in sensu sui autoris. Vt hinc pro sitculo solo, siue arido loco sepulchra sunt substituta, quæ neque arida neque siticulosa solent esse : sed tantum horrida: quam hoc ipsum satis impropie.

XXIX. Octauum locum codem Psalmo Arias sic reddit in interpretatione interlineari, *Dominus dabit sermonem: annuntiatricum exercitus multus: Reges exercitum fugiebant: & habitatio domus diuidebat spolium. Si accubuerit inter tripodes, penne columbe in tecta argento: & alas eius in flavo auro. Sensus est: Deus praebet materiam loquendi: ut sit earum, quæ lata nunciant, numerus magnus. Reges enim quibus erant exercitus magni, fusa fuga facta vix eripiunt se: Et quæ domi remanserunt, veniunt etiam ipsæ in partem spoliorum. Quantumuis dormiatis inter tripodas, sive lebetes, tam similes eritis pennis columba, quæ tecta videtur argento, & auro. At Græce Κύρος δαστεριψας τεις παγγελούμδιοις διωρεει ποληρόβασισθε ἐδιπλιειν τὸ αρχητεῖ, τῇ φρουρᾳ τῷ εἰκαιδεκάτῳ τῷ τοῦ λα. τινην γενέθλια μετον τὴν κλίσιν, πτέρυγες τελετέος σπειρυγεωμέραι, τοις μετέφερειν αὐτοῖς εἰχαρέστη τριγυνοί. Latinē *Dominus dabit verbum euangelizantibus virtutis multa, Rex virtutum, dilecti, dilecti, & speciei domus diuidere spolia. Si dormiatis inter medios clerros, penne columbe deargentatae, & posteriora dorsa eius in pallore auri. Qui meri sunt, & inextricabiles gryphi: aptissimi fatigandi, interpretibus, qui non quid dixerint Propheta inuestigare conantur: sed quid ipsi ingeniole excogitare possint, sagunt, ut annotauimus capitulo quinto.**

XXX. Peccata sunt plurima: primum, quia nonnulla verba perperam
veruntur. Neque enim יְדָר' est בְּאַגְּבָתֶךָ. Neque כוֹתֵת וְעִבְרִית, neque
קְלִיָּה דְּלִיאָתָא, neque שְׁפָתִים, שְׁכָנָה, neque אֲבוֹתִים וְעִמְּפָרָה כְּלָמָּדָה. Secundo, male quedam quibusdam iunguntur, ut δύστηνες εὐαγγελιστοί,
μύθοις, & διελεῖσθαι τῇ ὑφενότητι. Tertio omittuntur Graece, Κατά την repetitum, in
editionibus saltem quas habemus: nam clime viderunt repetitum διαγραφές,
ut in Latino. Quartum peccatum est *in dñeis nuntiis*: si enim congeruntur
nomina sine ullis verbis, ut lapides sine calce: unde obscurissimus sit locus
adeo ut vix quisquam tam εὐεργέτης sit, qui vel verum scismum eliciat, vel ali-
quem saltem diuinet, qui satisfaciat viris cordatis. Etsi autem nonnihil si-
euimodi in postrema saltem parte contextus, tamen multum distant idio-
mata: atque adeo sape accidit, ut Hebraicæ elegantiae, sicut meri apud Lati-
nos & Graecos barbarismi.

XXXI. Bellarminus, primo locum esse obscurum causatur, etiam in
Hebræo. Deinde textum Hebreum contendit facile posse accommodari,
nimurum mutatis mutandis: vt ex מִלְבָד fiat יְדוֹן & תְּנוּן transformetur in
רוֹתָה & תְּנוּן intelligatur non habatrix, sed mulier speciosa & delicata,
quæ fere semper domi manet. שְׁפָחָה autem non ollas interpretetur: sed
aliquid natura sua duplicatum, nempe duo labra, sive duos terminos, au-
ordines, vt sit inter terminos duarum fortium. His ita pulchre confectis,
fensus erit: Dominus dabit prædicatoribus Euangelij os & sapientiam. Ille
Dominus est Rex potentissimus: & simul Pater Messia filij dilectissimi
qui etiam dabit iisdem prædicatoribus, vt diuidant spolia Gentium ad
Christum conuersarum, ad speciem & decorum domus suæ. Et si vos, &
Prædicatores, maneatis inter duas sortes sive hæreditates, cœlestem & ter-
renam, ita vt dum hic viuitis, non toti litis in reb, temporalibus occupati
nec toti in spiritualibus, nec toti in actione, nec toti in contemplatione, sed
in medio, tum erit Ecclesia quasi columba formosissima & pulcherrima, ha-
bens alas deargentatas, & dorsum deauratum.

XXXV. Vere omnino Pindarus, *απεργίτων οἰρατῶν ὁζύπεραι μανιάς*
Nihil est enim quod non audeat, qui eorum amore tenetur, quorum ei
non tam difficilis, quam nullus exitus. Enim uero quid inausum relinquat
Bella minus, ut vulgatam Psalmorum editionem tueatur? Δοκεῖ μοι καθηπτικόν
ἐπιπολεῖδας, ὃ τοῖς πελέστοις καρφοτοῦντι τῆς περπάνης. ἐπειδὴ δὲ ἡ εργάζουσα θεοποιία
τηνί αὐλαὶ θεοῖς, οὐ φερετις ἐπιπολεῖδη, Sed nimurum hanc habent Iesuita αὐτοῖς
μιαν σύνοντα. Enim uero obscurum esse locum, non omnino diffitear, sed
quanta illa virtus est interpretis, ex obscuris obscurissima reddere?

מָלֵב צְבָאות cuius est analogiae? Nam nihil ad rem: alia enim est compositionis alia constructionis ratio. Deinde, quomodo positum erit **גִּידֹּן**. Nam si interpretetur, Rex virtutum, dilecti, Hebraicum idiomা ferre non potest, ut eadem vox sit in constructione (**סְמִינּוֹת**) appellantur cum duabus sequentibus, abique ylla coniunctione. Neque vero **גִּידֹּן** est constructionem. Tertio **נוֹרָה** significare mulierem delicatam, indeque speciolam non concedo: quamvis videam non absurdum sic intelligi, etiam **בְּתוּלָה**, eam quae domi habitat, quia soleant huius generis mulieres esse delicatulae: sed hic **נוֹרָה** scorsim reddi speciolam, hoc vero ferti nequit. At qui reddi **אֲגַעַן**, longe durius. Denique **שְׁפָרִים** etsi sit in forma duali, tamen negare significare duos ordines, duos terminos, aut duas sortes: multo minime coniunctum terminos duarum sortiarum. Hęc mera est impostura. Et talis

men non haec erant sola peccata : itaque redint regra dñus labor erit Bellarmino, ut reliqua iterum vertat, inuertat, mutet, permutet, pro arbitrio, hoc est Iesu iuste corrumpat, vnius ob noxam.

XXXIV. Iam vero, quid dicam de elegantiilla verborum structura? Ni-
mirum balbus balbum melius intelligit. Itaque, quomodo ille vel Iuan
Latinam, vel Græcam interpretetur editionem, *ιεροὶ ἀδελφοὶ τοῦ Ιησοῦ*. Habeant
suas sibi similes labra lactucas. Vnum asser, non posse absque inaudita
violentia, eum sensum interri in contextum Hebraicū. Primo, dabit Prae-
dicatoribus, non est ex mente Prophetæ. Secundo, Patris nomen, vnde as-
sumitur? Tertio, cur Messiae sit mentio? nam hic locus ad eum non perti-
net. Quarto, dabit diuidere spolia, nunquam dixit Prophetæ: nunquam di-
uidere spolia retulit ad prædicatores: nec tum cogitauit de gentib. ad Chri-
stum conuersis: neque de ornatu Ecclesiæ, neque de terrena & cœlesti ha-
reditate: neque de contemplatione & actione. Hæc omnia Bellarm. i le o
lim Monachus, nunc Cardinalis habuit ex camera meditationum, qua suo
Iesuita infatuavit, non a. à Spiritu Sancto.

XXXV. *Sacroboscos sensum literalem hunc affingit, Dominus suppeditabit materiam in Pœanas prorumpendi, iis quibus incumbit triumphalia carmina pro victoria populi cantare: & hoc quidem de virtute multa, siue exercitu multo, supple pstrato: vel cum copioso exercitu, qui erit populi, & magna prestatbit. Dabit hoc, dieo, Dominus: Dominus ille, & Rex exercitu, dilectissimi sui populi: dabit ille quoque; Dominus ac Rex, pulcritudini domus, siue speciosæ mulieri, quem domus ornatus est, vel quam domi fere sepe est, & ad bella non procedit, diuidere hostiū spolia. Vos dilectus Dei populus, qui malis ante premebamini, ubi vobis dabit Deus securis accubare, in medio fortium vestiarum, cum eritis similes pulcherrimæ columbariæ, albo & fulvo colore distinctæ, læti sc. ac festiui.*

XXXVI. Festie, inquam, docuit nos Iesuita, quid quantumue possit, et
prolixè somniauit, Veruntamen primo, non excusatur versio. Nam ego
quidem longe distinguo versionem & paraphrasin. Itaque, ut sit bonus sen-
sus, suppeditare materiam in Pænas cantaturis triumphalia carmina: ta-
men verti non debuit, *Dabit verbum euangelizantibus*, cum sit potius, *Dabit sermonem, siue orationem: & annunciatrices.* Secundo illud, *de virtute mul-
ta, siue exercitu multo prostrato: somnium est Ictuæ.* Nam Hebraice signifi-
catur non subiectum carminum illorum cantandorum; sed potius, vel mo-
dus cantandi: nempe ut ne perfunctione, sed totis viribus: vel certe, quo
melius, appositue numerum magnum cantantium: ut essent instar exerci-
tus. Illæ a, particulæ, cum, de subintellecta, somnia sunt. Nam eti non raro
relinquuntur nonnullæ supplendæ: in Hebraici sermonis breuitate, tamen
non qualibet ybique, neq; ha hoc loco.

XXXVII. Terrio, *Dominus ille & Rex exercituum*, proslus recedit ab Hebreo: neq; debet מֶלֶךְ צָבָא construi non אֲדֹנָן. Genebrard negat regem virtutū hic significare Deum: sed regem quemlibet potestissimum & fortissimum. Quarto, vnde illud *dilectissimi sui populi*: Nimirū, inquit, dilectissimi, pro dilecti dilecti: quia hæc repetitio familiarissima sit Hebreis ad augendā significationem. Atqui, inquam, primo לְדוֹד, non potest significare dilectos Secundo, nego hoc genus repetitionis familiare esse Hebreis: nego significare augmentum. Nam quæ augmentū significant, longe alterius sunt generis. Deinde vnde *populi*? Non n. desunt qui regem virtutum, l'arem interpretantes, etiam dilectum, Filiū dicunt. Quinto, quorsum *dabit diuidere?* Nā Hebraica id nō ferunt: est a תְּהִלָּה diuident in feminino genere: וְא, diuidere: quicquid singāt resingant ve Iesuita. Itaq; regi nō pōt à verbo *Dabit*. Sexto, nec dici etia debet, *dabit*, connecti cū *Speciei*. Primo, quia nūquam quisquam Hebraice dixit תְּנַהָּת, *dabit speciei hæc*, inquam, syntaxis inaudita est Hebreis: dicendum n. fuerat לְנַהָּת. Secundo, absurdissimum fore רְלִיְתָן לְנַהָּת בְּתַחְלָה: neque posset quantuncunq; est aruficij apud Iesi: ita ea verba conferrum inare: ne si addas quidem Lyranū, Ianténium, Sepruaginta Interpretes, & quantuncunq; esse potest delirantium. Mitto reliqua, quorum omisit Sacroboscus rationem reddere.

XXXVIII. Nonus locus codē Psalmo. **למה תרצוון הריס גבננים?** Hund
Græce legimus, *ιαν· τοσλαιεατην πυρωδρα.* Latine, *Vt quid suspi-
camini montes coagulatos?* Calinus dixit Legendū, *Vt quid iniuidetis montib.
pimis?* Bellarm. responder verbum **אץ**, hoc tantum loco inueniri: rotque
fere esse eius expositiones, quot Interpretes. Non esse autem magis sequen-
dos alios, quam Septuaginta, præseruit cum horum versionem Catholicis
Ecclesia tam longe ysu approbatuerit.

Eccliesia tam longo viu approbauerit
XXXIX. At qui primum è duob. peccatis alterum tantum attingitur. Nā quo sensu potuerant montes dici, siue *τενυπας άποι* Græcc, siue coagulati Latine, aut incasati, vt Auguſtin. legebat? Quæ ratio reddi potest, vel Theologia, vel Physica? Nam si sic intelligas esse tanquā caseos eminentes super planiciem, quis non rideat? Itaque etiū verum est Grammaticā ety. nologis posse pati, vocem *כְּבָנָה* à caseis deduci: tamen maxima fuerit eorum Interpretum oscitantia, qui proposita varia etymologie ratione, indignior elegerint. Satis enim vident omnes montib. multo magis competere, gibbos, & cliuos, & colles, quam caseos. Arias n. vertit gibbosos: Muniterus gibberosos: Leo Iudæ cliuosos: Mollerus colliculosos: Iunius frequenter gibbis. Hieron. vero siue metaphora excelfos. Itaque nemo imitari voluit Græcam editionem: præter vnum Campensem, qui tamen in voce vsus est digniori, cum opimos dixit: satis audacter Caluinus etiū in antidoto Concili Tridentini hac vsus sit Campensis versione, obiter locum tractans. tamen in Commentariis maluit Hieronymum sequi, montes excelsitatum appellans.

XL. Iam quod attinet ad prius peccatum, fateor verbum "γένεται" hoc tantum loco occurrere, eoque difficultatem esse expositionem. Sed est harum difficultatum explicandarum gemina via, velex circumstantiis totius contextus: neque enim etiam est singula verba seorsim sumi, tanquam scopas dislocutas, sed *τοῦτο τὸ μέσον τοῦτον τὸν εργάτην* τοντοπία. Vel ex auctoritate eruditorum in ea lingua. At ego neutram viam agnoscō in editione, utue Græca, siue Latina.

malunt, in quibus Iunius. Iam vero velim mihi aliquis explicet, quid sit sufficamini montes coagulatos, siue incasatos. Nam ego quidem quoquo me vertam, nihil sani video. An credimus enim Prophetam reprehendere eos qui credunt montes esse à Deo coagulatos, id est, sic formatos? Non feret aures pia. Quid rursus est, Suscipit is montes coagulatos? Ego Dauus sum non Oedipus.

XLI. Iam vero virorum in ea lingua eruditorum auctoritas, vbi est? Nam quod Bellarminus terret nos Septuaginta Interpretum nomine μαρτυρίου est. Primo enim si est eorum auctoritas summa, cur ab ea discessit Latinus interpres in aliis libris? Cur tot errores deprehenduntur ab his commissi? Secundo, quid si non sit hæc eorum editio? Nam ipse Bellarm. agnouit ita corruptam fuisse, ut vix eadem videri possit: Et Hier. restatus est Psalmorum editionem, esse non illorum genuinam, sed την ιερην, pro locis misere immutatam. Septuaginta editionem ab Ecclesia longo vsu esse approbatam nego, si sic intelligas, ut ab eis discedere nullo modo licet.

XLII. Sed enim id verbum varie reddi video. Ab Hieronymo contendit. Ab Aria dispergit. A Munstero & Pagnino, exsilitis. A Leone Iudeæ, & Caluino, inuidetis. A Mollero exultatis. A Iulio, deiiceritis vos. A Castellione, Insolexitis. Omnes tamen vel eruditorum auctoritate moti, vel cōtextus serie. Nam omnes obseruarunt opponi montib. Iudeæ, montes Basan. At non omnes eodem modo. Quidam ergo existimarent retundi insolentiam montium Basan, hoc est, Ethnicorum despicientium montes Iudeæ, id est, Ecclesiam. Itaq; reddiderunt, vel contendit, vel exsilitis, vel exsultatis: vel insolexitis: quasi diceret Propheta, nullam esse cauam cur tanto fastu infestantes contemnerent montes Iudeæ: nam et si hi humiles sint, tamen in iis Deus habet. Et habent isti consentientem Chaldaeum Paraphraſtē, non parvæ auctoritatis.

XLIV. Alij vero existimarent erigi animos montium Iudeæ aduersus aliorum audaciam. Et hi reddiderunt, vel inuidetis, vel dispergit, vel deiiceritis vos. Ut sensus sit: Quare vos, o montes Iudeæ ita attente consideratis, celsitudinem montium Basan, ut eis inuidetis, vosque deiiciatis, tanquam indigni, qui illis conferamini? At qui in vobis habitat Deus. Et habent hi consentientes Rabbinos quosdam, ut Abbenezra. Mihi quidem priores illi magis probantur, quia cum hæc verba dicantur in secunda persona, tum sequentia sunt in tertia. Videtur a. diuisulum utrumque ad idem referre: et si fateor, non fieri sine exemplo. Sed utriusque tamen considerate verterunt: non Græcus ille, quisquis fuit.

XLV. Decimus locus eodem Psalmo, לְשׁוֹנָה יְהוָה־מִדְרַשׁ: Græce, γένος ἀπειρωνών τε καλονόσου Κύριος ὁ Θεὸς εὐλογητός. Latine, Etenim credentes inhabitare Dominum Deum. Hic vero nec Græca cum Hebrais consentiunt: nec Latina aut cum Hebrais, aut cum Græcis. Nam Hebraice γένος non significatur, γένος, etenim: neque est quicquam quo significetur γένος, nisi in seq. verb. Neque coniunguntur syntacticos, non credentes inhabitare. Et tum Latine, tum Græce, deest verbum aliquod, quo sensus perficiatur. Neque Græca sonant, quod Latine legimus Inhabitare Dominū Deum. Caluinus legebat, Etiam defectores, ut inhabitet Dominus Deus: vel ut postea verit in commentariis: atq; etiam rebellēs, ut inhabitet Iah Dēus.

XLVI. Bellarm. Caluini reprehendit nimiam contradicendi libidinem: & sensum manere eundem: Verba a. Latine versionis esse meliora: denique ipsum Hieronymum ex Hebreo vertisse, Non credentes inhabitare Dominū Deum.

XLVII. At Caluini libido nulla est: sed magnus veritatis amor, Iesuitæ a. infinita calumniandi prurigo. Sensum esse eundem quis inquam dixisset? Certe August. sic intellexit, ut superiorum ratio redderetur: quæ significatio est particulæ etenim? At id non est verum. Nam hæc est construictio. Ascendisti in altum: captiuasti captiuitatem, ad assumenda dona in hominib. etiam in rebellib. subaudi, dona acepisti. Esse a. vulgata versionis verba meliora, quam Caluini, illi credant, quib. placet Bellarmini αὐτὸς ἡ φωνή. De Hieronymi auctoritate, non est necesse sibi eadem repeteret.

XLVIII. Sacroboscus dicit, Non credentes, & rebellēs pro eodem accipi: atque adeo sapientia veri. Secundo distinctionem membrorum esse Latine iuxta textum Hebraicum: non Græcum: Tertio: ad habitandum Dominū Deum: significare: ut tu Dominus Deus familiariter habitas inter eos.

XLIX. Imo de primo non mouetur controversia. Ne de secundo quidē, nisi ut ostendamus hunc Interpretēm, quisquis ille tandem fuerit: neque Hebraicis harere: neque Græca aequi: cum debuerit tamē alterutrum. In tertio nego phrasin esse Latinam, ad habitandum Dominum Deum, pro ut Deus inhabiter. Fingat ut voleat, refingat ut voleat. Sacroboscus, tamen nunquam efficiet, ut cordati credant alterutrum pro altero Latine ita dici.

L. Undecimus locus eodem Psalmo: vbi legimus ex veritate Hebraica: Reducam ex profundis maris: Græci εἰσπέψουται βοῶς Ιακώβον: Latine: Conuertam in profundum maris. Et hic rusus neque Græca editio cum Hebraea, neque Latina cū alterutra consentit: Latina a. sensum habet è diametro oppositum verbis Hebraicis: Græca medium quandam; nec ramen bonum. Bellarm. primo contendit recte veri posse in profundum: fretus auctoritate R. Davidis, qui interdū γένος usurpari docet pro γένος ut Deut. 33. יְהוָה. Deinde varias esse lectiones: aliosque legere in profundis. Hocque esse verius, & satis cohærente cum Hebraicis: nam conuertere in profundis maris, nihil aliud esse, quam eos etiam, qui sunt in profundis matis, extrahere, & conuertere.

LI. Hæc in superioribus similia sunt. Nam primo eti γένος aliquando sumptū reperiri possit pro γένος: tamen nunquam pro γένος, cum accusatiō casu. Ut Leuitici 23. מְמֻחָרֶת in crastino. Deut. 33. מְקַדֵּשֶׁת in Sinai. Ezechiel 7. מְקַדֵּשֶׁת in proximo. Et hoc ipso Psalmo, מְקַדֵּשֶׁת in templo tuo. Quāvis ipse Dauid cōfentiat his etiam locis veri posse per De: Et sic Arias semper a crastino: de Sinaī de propinquio: a templo tuo. Sic igitur excusari forte possit Græca versio, quæ habet εἰσπέψουται: at non Latina; in profundum. Quid tum a. si variant codices? Nā sive in profundum legas, sive in profundo: non tamē exprimitur sensus loci. Et audacins est, quā verius, quod Bellarm. ausus est afferere, eandem utrobius sententiam esse: nisi nouam indimus vocabulis proprieatem. Sed certe si nullus esset alius Iesu: tum nemo interpretū esset allucinatus. Quod cōtra verum est. Nam Euthymius εἰσπέψουται βοῶς Ιακώβον, intellexit instrumentaliter, in sacro baptismatis lauacro. Hugo Cardinalis apud Fran-

ciseum de Puteo in Catena: Conuertam, dico, non in gaudiū mundi huīus: sed in profundum maris, id est, in perfectam penitentiam amaritudinem. Rickel Cartian. Conuertam in profundum maris, hoc est, exercitum Romanorum dirigam ad mare. Nec dissentit Iacobus de Valentia: Conuertam exercitum, & legiōnem Romanorum versus occasum, destruendo & vastando ciuitates Iuāorū, ut ad profundum maris. Hi omnes, forras etiam alii, non dīdicant a Bellarmino Grammaticam. Sed & docti sciunt, ut si sensus efficeretur, quæste probat, legendum esse Græce, τεῦς καὶ βοῶς: Latine, eos qui in profundo. Alioquin merā sunt nūge.

LII. Duodecimus locus, eodem Psalmo: Ibi Benjamin parvulus, dominator eorum. Sic enim Paginus vertit, consentientibus aliis omnibus. Græce οὐεὶς Βιβλιούν νεώτερον. cōnsidēti: Latine, Ibi Benjamin adolescentius in mentis excessit. Bellarminus hanc versionem ita tuetur, ut dicat vocē Hebrewram στάτη posse significare, & dominatorem eorum στάτη: & alte dormientem στάτη. Porro utramque interpretationem veram esse: nam per Benjamin intelligit Paulum, qui & fuit in mentis excessu tam alte dormens, ut nesciret an esset in corpore: & simul fuit præcipuus Dominus, sive princeps spiritualis Ecclesiæ gentium.

LIII. Ut semper est similis tui! Et audax, nec satis peritus. Non aduerit enim vocem στάτη quæ sopiri significar, non reperi nisi in secunda coniugatione: in qua στάτη esse non potest: sed tantum in prima: in qua frequenter vñsus est verbi στάτη. Nec attendit statim post nominari principes Iuda & Zabulon, & Nephtali. Intelligi autem Paulum, mera est στάτη ζωῆς: quæ Augustino condonari potuit, ob ignorantiam Hebrewrae lingue coacto scipsum accommodare ei quam habebat p̄t̄ manibus editioni: in qua etiam paucis ante hūc locum lineis, lēgebat, prænenerunt principes: pro præcesserunt cantores, & principes, Apostolos interpretabatur: vnde hic consequenter per Benjamin Paulum, qui erat ex ea tribu. Sed hæc non si bene excoigitata sunt, ideo vera sunt. Properea, cum ad Nephtali & Zabulon ventum est, tum (vt dicunt) aqua hæsit: Nec habuit quid diceret, nisi confagaret ad frigidam nominum interpretationem, imo ineptam: quæ Zabulon dicat habitaculum fortitudinis: & Nephtali: dilatationem mean.

LIV. Postremus locus à Caluino obseruatus ex Psal. 12, vbi cum Hebrew legatur: Venationem, sive, victum eius benedicam. Græce est ηγετῶν αὐτῶν διαρρέων ιαλογήσα. Latine, viduam eius, benedicens benedicam. Quanvis utrumque Arias correxit, & Græce scripsit ηγετῶν, nonnullis opinor, exemplaribus fauentibus: nam saltem editio Argentoratensis habet ηγετῶν: & Latine, venationem: quam vocem non dubito, quin ipsa autoritate correxit, ut alia plurima. Bellar. Iesuiticos animos ad extremū usque retinens, negat sibi videri hunc errorem mutandum, tum quia scilicet fere idem est: tum quia semper in Ecclesia Græca & Latina lectus & cantus est: & sane corrigit neglexit Sixtus.

LV. Dignū fane invīnīrū dignā fabulæ κατασπόφιον! Nihil ne igitur corrigendum, quod iam pridē usurpatum fuerit? Ne scribarum quidē στάτη? Quid speremus de propriis facturum errorib, qui ab alienis non magis abduci pot, quā canis ab vincito corio? At nobis illud solenne placet, Ab initio non erat sic. Et illud: Consuetudo sine veritate, veritas est erroris. Esse fere eundem sensum, victus & viduæ, delicate potuit delicatus pronunciare: vnde ντ̄ηρα: vt nec diceret, nec non diceret peccatum esse saltem aliquantulum. Nam quis mitetur, qui eidem meminerit paulo ante fuisse imperatorem, & stertentem? At nobis non licet esse sic acutis, qui musas colimus modeſtiores.

LVI. Mutatus est vñius literula character, inquit Huntlaus, ex vicinitate figura nempe διάγραμμα pro διάγραμμα: quorum illud, Venationem eius, hoc vero sonat viduam eius, sive afflictam & desolatam: quia διάγραμμα affligere, desolare: vnde διάγραμμα cardo. Cenomanus mauult à διάγραμμα, quod est desolari, sōphonias:.

LVII. I nunc, & Papistas esse negato. Sed compitam me. Certe hæc est immanis audacia, Bellarmino longe fuit mens alia, neganti vñlam esse similitudinem literarum, ob quam suplicari quis possit scriptum viduam. Quia quā si esset, non ideo peccatum non esset; si non audaciæ, saltem inconstantiae. Vnde Genebrardus. Græce ηγετῶν, venationem: Sed noſter legit in consueta veritate Hebrewra, ηγετῶν viduam. Enimvero quis permisit Huntlaus noua fingere vocabula? Aut quo exemplo docebit Hebrewrais aliquando sic dictam viduam? Itane æquum, ut quam audaciam non auderer in propria maternaq; lingua cam usurpet in aliena: in qua qui doctissimi Christiani, tam sunt velut infantes? Mitto exemplum, saltem doceat, quomodo ηγετῶν Sionis, commode possimus concipere.

LVIII. Nam à Cenomano si quæram, quæ Græmatica analogia fieri poterit διάγραμμα à radice διάγραμμα, laterem opinor lauē. Nam is satis multis docuit experimentis tam le curare analogiam, quā curet numerum lupus. Nam de solatam viduam cur dixerit, quia in Sophonia legerit desolatam vñbem, habet in promptu puerorum in scholis facilitatem, quib. nundinæ & festa id, quia nobis Galli idem vtrinque vocis sonus.

C A P. X.

Alia in Psalmis peccata.

I. Notauerat hos errores Caluinus, sed obiter: & ex infinita multitudine pauculos, specimenis gratia. Nam Auḡ stabulum vix maior ilabore purgasset, quam omnes collegisset. Absit, vt ego me tanto oneri p̄sentiam. Addam tamen nonnullos præterea: vt mihi ne Iesuitæ obiciant fieri de musca elephantem. Quanquam ante me alios collegerint VVhitakerus, & Hunnius.

II. Psalmo 19. Delicta quis intelligit? ab occultiis meis munda me Domine: ab alienis parcer seruo tuo vñbi nec delicta opportune nominata, quod generale nomen est æq; ac peccata, quum debuerint ignorantia, genus id peccata quod inscienter peccatur: Et aliena pessime: quasi peccata quædam non sua Propheta diceret, sed aliena; etiam præsenti oppositione. Vnde illa vulgaris alucinatio quam notauit Bellarm. Non significat, inquit, vt Deus nobis in noscat peccata aliena, ut vulgo hic locus citari solet. Hebrewrae iuxta Pagninū, Erroris quis intelligat? ab occultiis munda me, etiam à superbiis prohibe seruus.

tum. Facili sensu, mollique: quia duo peccatorum sunt genera, alia per infirmitatem ignorantiam, & facta; alia per superbiam & contumaciam. Quod vidit Genebrardus, & Bellarminus, & Iansenius, & Lorinus: qui in Hebraeorum vitula arauerunt. Nullus enim præterea.

III. Legerunt, inquit Bellarminus, non **בְּנֵי אָלָה**: quod superbos significat: sed **בְּנֵי אָלָה**, quod alienos. Id quidem, inquam, vel cœcus palpet. Sed quo iure? An ut precari ipsi haberent, vt sibi dimitterentur peccata per ignorantiam? Nam alioquin, si in eiusmodi codicem incidissent, debuerant corrigeri, admoniti ab ipso contextu. Nec hoc tamen eis peccatum solitarium. Nam vnde φέρεται: parce? Certe **תְּשׁוֹן** significat, prohibere: vt constat ex his locis. Genes 20. *Custodiui te, ne peccares.* Primi Regum 25. *Et seruum tuum custodiuit a malo.* Alias intransitu, abstinere ab agendo, quod & Græce φύεσθαι & Latine dicitur Parcere. Genes. 22. *Non pepercisti virginem filio tuo propter me.* Secundi Samuelis decimo octavo, *Volens parcere multitudini.* Nunquam autem occurrit pro indulgere alicui post peccatum admissum. In quo, incogitanta fuit Interpretum tum Græcorum tum Latinorum: apud quos hic vñs erat suorum verborum, qui Hebraici nullus: Et tamen retinere sunt ausi.

IV. Psalm 29. ridicula diligentia fuit interpretantium **בְּנֵי אָלָה** bis: *filii Dei filios arietum*, propter homonymiam **בְּנֵי אָלָה**: qua voce & Dij dicuntur & arietes. Sed filios Dei, quo sensu? Nempe si credimus Bellarmino: *Vos, per sanguinem agni immaculati, effecti filii Dei.* Et Genebrardo: *Pij, quos Deus pater, Filius, Spiritus Sanctus adoptionis gratia dignati sunt.* Piefid quidam fato: sed vtrum **בְּנֵי אָלָה** dicatur de Deo, sicut **אַלְמָדִים** amplius deliberandum censeo. At certe poterant hinc taceri commodius.

V. Sed immanis scrupulus. *Et comminuet eas, cedros, tanquam vitulum Libani:* & *dilectus, quemadmodum filius unicornium.* At ex Hebreo: inquit, Bellarminus, *habetur sensus facilis & pulcherrimus.* Sic enim legimus in Hebreo. *Et saltare facies eas, sicut vitulum: Libanum & Sariom, sicut filium unicornium.* Et sensus est: non solum voce Domini confringet cedros Libani, sed etiam integras cedros radicibus enellet, & exilire faciet ea facilitate, qua vitulus saliunt. Nec solum cedros Libani, sed ipsos etiam montes, Libanum & Sariom saltare faciet ea facilitate, qua filius unicornium salit. Triplex igitur mundum, inquam: Vnum, quem **בְּנֵי אָלָה** quod est faciet exilire: redditur, comminet: alterum: cum connectitur, *Vitulum Libani:* quæ verba distrahi debent: tertium, quod **שְׂרֵי**, montis nomen, alias Hermon, Deut. 3: mutetur in *dilectus*.

VI. Excusat varie primum & tertium peccatum. Nam secundum nemō putauit tanti esse. Primum Cenomanus: Nihil vetat, quin eodem sensu conspiret. Vox enim Domini, id est, Christi prædictio, comminuit gentes, dum corda eorum emollivit, & ad se immolandum per internum dolorem induxit: Quæ spiritualis immolatio per vitulum intelligitur. Cor vero sic mundatum, quomodo non exaltaret (exultaret credo) in Deum suum, & Christo concrucifixum non gloriaretur in carnis mortificatione, & veri vituli passione? At Bellarm. haud paulo aliter. Postulat, inquit, non difficulter concordari cum verbis Hebraicis: nam dum cedri magno impetu confringuntur, & comminuantur, certe fragmenta exiliunt, & sparguntur in varias partes. Lorinus, legerunt forsitan Septuaginta **בְּנֵי אָלָה** sicut in Psalmo decimo septimo, comminuam eos in puluerem: non autem, vt nūc **בְּנֵי אָלָה**.

VII. Sed Cenomanus sectatur allegoriam: Atqui aliud est, Vertere, aliud Interpretari **בְּנֵי אָלָה**. Et nos nanc non in istud interpretationis genus irquisimus, sed versionem examinamus. Quiverunt sensum, debet exprimere literalem, allegoriae fundamentum. Alioquin, quis allegoricum locum dignoceat a Literali? Deinde, quid si hæc allegoria non placuit omnib. Et haec sane postulat non tantum comminutionem, quam expedit interpres: sed etiam exultationem, quam tacuit. Quod genus a. hoc allegoriae est: ex dictis simul & non dictis? Itaq; alii alio discesserunt. Sunt qui communionem intellexerunt vindictæ: quæ superbos, & hostes confingit ac contrit: Lorinus: Iansenius, Carthusianus. Quin Jacob. Perez de Valentia, retulit ad descendens Christi ad inferos, cum portas æreas confregit omnesque principes inferni: alligavitq; Sathanam. Alij communionem maluerunt gratiæ: cum peccatores ad penitentiam vocantur: superbis ad humilitatem. Sic Bellarm. & Lombard. Aiguanus vero nouo quodam & proprio motu retulit ad extremam vñctionem. Nimirum dormientes prout pasti sunt, ita variis somniorum imaginib; deluduntur.

VIII. Bellarmini subtilitas tolerabilius: quia magis accedit ad literam. Sed non assequitur tamen. Nam comparatio vitulorum non quadrat. Non enim vituli saliunt: si disrumpantur. Etenim non cedri orum assulas, sed ipsas cedros comparari legimus vitulis. Nec quisquam est, cui non sit durum. Comminuet cedros tanquam vitulum: si sensus sit: comminuet cedros non tanquam comminuitur vitulus. Itaque Carthusianus. Cedros prædictas conteret Dominus, sicut conteritur vitulus nutritus in Libano. Perez. Sicut armata vitulorum, quæ pascabantur in monte Libano, successu diminuebantur, & iugulabantur pro sacrificiis, & pro cibo ad comedendum usq; ad consummationem: Ita Christus comminuit & prostravit omnia idola, & omnes principes mundi: sed dilectus populus Christianus fuit liberatus & saluatus sicut filius unicornium. Et subiicit eleganter obseruationem de vñicorni purgante in Africa venenatas aquas. *νη πολλα μυρια*? Aiguanus, qui priorem partem de extrema vñctione est interpretatus: in hac Eucharistiam reperit *Hic, inquit, consequenter agit de Sacramento Eucharistie.* Et hoc quidem eleganti subtilitate. Nam Dilectus, Christum significat secundum Deitatem: at filius vñcornis, eundem secundum humanitatem. Porro nullum Sacramentum, realiter continet Christum verum Deum & hominem præter Eucharistiam. Perez tamen Baptismum maluit propter aquas purgatas ab vñcorni.

IX. Sed acutum Lorinus tetigit. Forsitan legerunt **בְּנֵי אָלָה**. Quid si ego, forsitan non legerunt? Annon & que verisimile? Nam profecto **בְּנֵי אָלָה** non significat comminuet eos. Et mira fuit Lorini oscitania: qui scipserit: Legerunt forsitan Septuaginta Larikem, si: ut in Psalmo decimo septimo, Comminuam eos, ut puluerem. Vix tandem oculis meis credidi, iterum iterumq; repentina. Nā Comminuam in puluerem, nihil ad **בְּנֵי אָלָה**: quod pér delere expressum est: sed ad præcedentia כְּפָר כְּפָר שְׁמָן. Denique verbum **בְּנֵי אָלָה** non significat comminuere: sed vacuum facere, exinanire.

X. Tum a. vide: Non legerunt, sicut nunc est. Quid hoc suspicionis? Atqui, inquam, non nunc tantum est: sed olim fuit. Olim, inquam, quam possumus longe repetere memorias tempora. Chaldæus Paraphrastes sic legit: & reddit גְּזָרָה, id est, interprete Arria, Subsaltare fecit eas. Sic legerunt veteres editiones. Quod sciuit ipse Lorin. & annotauit. Aquila, οὐ γένος εἰ, exultabit, id est, exultare, scilicet saltare faciet: Symmachus ὅπερειδιατόνος: saltare fecit. Quinta editio, οὐ γένος εἰ, Quid superest? Aut quantum illud Nunc est Lorino? An quantum Scripturæ, Hodie, id est, semper? Hoc verum. Sic sem-

per lectum: & Septuaginta potius excusari non possunt.

XI. Tertium peccatum durius est. Bellarm. *Verba sequentia.* Et dilectus quemadmodum filius unicornium, difficilis cum Hebraicis vocibus, quæ nunc habentur in Biblio concordari possunt. En tibi rursus, quæ nunc habentur: quasi non olim. Certe Hier. legi ratione. Et ante Hieronymum Chaldæus, mon tem dixit. Sed hæc importuna Papistarum suspicio est: qui & sua omnia vestitissima, etiam heri nata: & non sua recentia, quantumvis ante Solem & Lunam, ut ita dicam, clamitant.

XII. Sed audiamus oracula. Oportet, ut Septuaginta Interpretes, vel aliud aliquid legerint, vel certe intellexerint vocem illam, quæ significat montem Hermon & Ioriam, res videlicet tam dissimiles, significare etiam dilectum. Quib. ha bēda fides est, cum ipsi doctissimi essent, & lingua Hebraica peritisissimi. Cenomanus. Potest inclinari a verbo **בְּנֵי אָלָה**: quod est cantare, contemplari, munus offerre: quæ omnia competit dilecto, qui est prædicandus, & munierib. afficiendus. Septuaginta evidenter ad id respexit. At Genebrardus longe sc. diuinior. **בְּנֵי אָלָה** per aphores in pro **בְּנֵי אָלָה**, vel per metathesis, dilectus, sive directus: ut in aliud locum, ubi **בְּנֵי אָלָה** dicitur recalcitare & Dei oblinisci. Sic alluditur ad Deuteronomij 33: quo wo Joseph auro pulcherrimo comparatur, & eius robur cornibus Rhinocerotis.

XIII. Sed omnes ridiculi. Bellarm. quia pro fundamento habet autoritatem Septuaginta; quæ tamen vocatur in dubium. Tum vero, quia quem ipse sensum fateret & facillimum & pulcherrimum, huc ipsum it euerit: nam profecto, si pro ratione est voluntas Septuaginta: is sensus nullus est. Cenomanus iuri: semper similis neglecta analogia Grammatica: nam **בְּנֵי אָלָה** à **בְּנֵי** non magis deducipoteat, apud Hebraeos, quam ab emendo amor apud Latinos. In Genebrardo præter audaciam nihil est: fingentis commendo suo & Daiphantes & μικροδιοίς: qui posset itidem, μαρτυρίοις, μικροδιοῖς, περιθώριοις: & quid non nisi amphora desiceret.

XIV. Sed operæ pretium est etiam explicacionem aduertere. Nam qui sensus eruitur e verbis Hebraicis, hunc & facillimum, & pulcherrimum professus est Bellarm. Sed ab his sive diuinationibus, sive corruptionibus, qualis est? Genebrard. Quasi dicit. In his montib. Israel dilectus Dei similis erit unicornium pullo, qui est robustus & celere ad euadenda syluarum discrimina. Vel est epitheton Domini, Et dilectus Dominus, quemadmodum unicornis, cuius cornu expeditus & ad medicinam, & ad opificia, erit, supple, vel apparebit, videbitur, quidam simile. Vi verbi Dei densitate errorum mundi discussa, dilectus, id est, Christus, apparebit, sicut Vñcornis: quæ cum non videretur in sylvis, incipit apparet post densas syluarum arbores. At bellarm. Et tunc, quando Cedri Libani confracta fuerint, (id est, sic enim exposuerat, homines potentes & sapientes humiliati, & redacti ad parvitetum vituli, id est, Christi) apparebit dilectus, (id est Christus) non amplius ut inermis vitulus, sed ut filius fortissimus vñcornis. Lorinus. Erit autem sive Rex, sive populus Dei, Deo sic hostes frangenti, & conterenti carissimus, multus ac insuperabilis, ob receptum ab illo robur in similitudinem vñcornis, qui cornu validissime pugnat: nec expugnari, capi-ve viuus potest. Iansenius. Et dilectus filius Domini Messias, quem illi cedris similes valide oppugnant, semper erit sicut filius fortissimorum vñcornium, insuiclus semper, ac insuperabilis. & in po, & in po, ulo suo, aduersum quem nec porta inferi vñquam præualebit. Carthusianus. Et dilectus, id est, humilius Deo q; placens, erit quemadmodum filius vñcornium: non comminuetur ut cedri, sed fortis atq; securus erit in Domino Deo suo, & tanquam pullus vñcornis seu rhinocerotis, qui est fortissimum, grande, atq; imperterritum animal. Iacob. Perez de Valentia. Sic ut armenta vñsorum, quæ pascabantur in monte Libano successu diminuebantur, & iugulabantur pro sacrificiis & pro cibo ad comedendum usq; ad consummationem: Ita Christus comminuit & prostravit omnia idola, & omnes principes mundi: sed dilectus populus Christianus fuit liberatus & saluatus sicut filius vñcornium. Et subiicit eleganter obseruationem de vñcorni purgante in Africa venenatas aquas. *νη πολλα μυρια*? Aiguanus, qui priorem partem de extrema vñctione est interpretatus: in hac Eucharistiam reperit *Hic, inquit, consequenter agit de Sacramento Eucharistie.* Et hoc quidem eleganti subtilitate. Nam Dilectus, Christum significat secundum Deitatem: at filius vñcornis, eundem secundum humanitatem. Porro nullum Sacramentum, realiter continet Christum verum Deum & hominem præter Eucharistiam. Perez tamen Baptismum maluit propter aquas purgatas ab vñcorni.

XV. Quid nunc viderit, Lector? Nonne obnici oculis imaginem quædam vitulorum in pratis perulce luxuriantium **בְּנֵי אָלָה**, ac suam sibi cuiusq; semitam facientium? septem habes interpretes, singulos sibi ipsi nouas allegoriae delicias conquerentes: vt appareat vñu contendisse, vt ne in eundem sensum cõtentirent. Dilectum, hic Christum interpretatur, iste populū Christianum, ille quenquam humilem, alius Rhinocerotem, alius Monocerum. Dilectum alias conneget præcedentib. vel contritum, vel conterentem: aliis oponit tanquam liberatum & saluatum. Tum autem vt ista conuenientiæ saltē speciem habeant, inquisitam oportuit naturam vñcornis alias subito apparentem inter densas syluarum arbores: alias celerem ad euadenda pericula syluarum: alias cornu gerentem pretiosum, alias grande, fortissimum, imperterritum animal: alias purgatæ aquas. Deus bone! potuit hæc versio esse optima, quæ fuos interpretes tam varie torsit? Potuit præferri Hebraico contextui: quo sensus facilis, sensus pulcherrimus? Sensus in quem omnes ij conuenient: quanto tædi sophista hebraizantes, & nouantes dicunt? Chaldæus paraphrastes, & Hieron. oīth: nostro leculo, Pagninus, Tigurini, Munsterus, Caluinus, Iunius, Mollerus, Beza,

XVI. Psalm o proximo duo peccata sunt: *Quoniam ira in indignatione eius: pro, Et momentum irae eius.* Deinde, vt canet gloria mea, & non compungar: pro, non taceat: vñrumque longe distantiens. Quid sophiste? Bellarm. Non videntur legisse **בְּנֵי אָלָה**, momentum, sed **בְּנֵי אָלָה**, iram: fottasse etiam legerunt **בְּנֵי אָלָה**: & verterunt iram: quia vox ea scissionem etiam significat: & intellexerunt in indignatione Dei, esse scissionem, id est occisionem, & mortem. Facete: Sed Lorinus manuūt legisse **בְּנֵי אָלָה** Placet-ne? At non Cenomanus, qui per metathesis imaginatus est **בְּנֵי** Genebrardo nihil horum: led Hebraizantium portis diligenter. *Vt facilior sit sententia*, inquit, *verte, momentum eius in indignatione.*

XVII. En tibi igitur Hebraice literæ sententiam faciliorem: magno iā præjudicio. Sed vbi gentium tandem Bellarminus legit suum **בְּנֵי אָלָה**? Nam apud Hebraeos, scio non legisse. Lorini **בְּנֵי** aliquoties legas: sed incertum pro ira, an terore. Qui sunt religiosi, non tam facile mutationes admiserint li terarum.

terarum. Multo minus Cenomanij metathesin: quanquam is ridicule gear dixit, quod nemo prober non imperitus. Tum a. quid iuuat tatus labor, ut pro facilitiori sententia, (sic n. laudauit Genebrard.) difficultior substituat? Nonne id eorum studium est, qui de industria laborant in obscurandis Scripturis?

XVIII. Sed n̄ quid est, Quoniam ira in indignatione eius? Nam Hebraicis verbis nihil facilius: Momentum est in indignatione eius. Id est, interprete Genebrardo: cum indignatur, breui & celeriē indignationem remittit, citoq̄ placatur. Sed illud quid sani habere potest? Aut quis potuit vñquam indignationem absq; ira concipere? Itaq; coguntur iræ vocabulum τριβλοῦ. Genebrard. Vt non tam indignari quam ira se dicendum sit: quia, puto, legerat illud, ira furor breuis est. Veniale sophismus huic viro, qui agnouit longe facilius momentum dici. Sed alij: iram vindictam exponunt: Bellarm. Lorinus, Jan-senius. Sic illis nihil nisi per ambages. At quanto erat tutius iter planum, & rectum?

XIX. In altero peccato. Bellarm. ex Cenomano: **¶** significat *silere*, & ex cide*r*, sive *succidere*: & hanc significationem elegerunt Septuaginta Interpretes: & legerunt in prima persona: & non compungar, quod est idem cum eo, Et nō succidar. Triplex caput. Vnum significari succidere: alterum legisse in prima persona: tertium compungi idem esse quod succidi. Ex quib. secundum protest videri leuiculum: quia certum est ad sensum nihil interesse: cum Prophetam gloriam dicat pro se ipso. Ut canter gloria mea, id est, ut ego cantem. Sed in priore sane exigua laus est eorum interpretum, quib. vbicunq; ferme inciderunt in vocem ambiguam, peccatum sit in deteriorem partem. Nam hic Genebrard. diserte. *Ad verbum, & non fileat gloria mea.* Quanquā illud etiam ridiculum est: excidendi verbum reddi per *xaλvō θlev*, compungere. Nam quicquid contra Bellarm. pertendat: nemo non videt tam longe distare vnum ab altero, quam vulnus tota phalarice mole impactum, ab eo quod sit acu punctum. Itaq; versio excusari non potest; quæ tamen alias occurrit, vbi dubitari non potest vocem Hebreām sumendam pro silentio, non pro exterminio. Nē Leuitici **¶** sic Steuchus annotauit. *Tacuit Aaron.* Sic habet etiam Hebraicum: quod forte non recte Septuaginta, *κατενύχθω Απάντω*. Compunelius est Aaron, sive percusus est. Nam idem verbum, nihil prater silentiū significat.

XX. Psal. 39. *Opprobrium insipienti dedisti me* At Hebraice, *Opprobrium stulti ne ponas me*. Bellarm. pro more. *Anteponenda est lectio Septuaginta.* Quod ei perpetuo assertum: nobis perpetuo negatum. Sed habet rationem. Quoniam sequentia, *Obmutui & non aperui os meum*, manifeste docent, Davidem audisse opprobria insipientium. *Quasi in quam, ad sequentia pertineat potius quam ad præcedentia: ut sit series,* *Ab omnibus iniquitatib. erue me, opprobriū stulti ne ponas me.* Quasi etiam illa sequentia pertineant ad audita opprobria: & non potius afflictionem, quam sibi illatam norat à Deo. Nam abscondit Bellarm. orationem. Additur enim, *quia tu fecisti: non quia illi dixerunt, siue ego audii.* Genebrard. Non murmuraui: quoniam tu fecisti, hoc sc. has cruces, vel quid simile, quoniam mihi has calamitates intulisti, patienter tul: neq; sum conqueritus, Apostopepsis. *Ad tuas plagas obmutui.*

XXI. Cenomanus duplice conatu excusat. Primo, vbi desiderium introspiceris peccatoris, efflagitatus ab omnibus. iniquitatibus. c. tripi, ob quas sensisti traditum insipientis opprobrio, iniurias quodammodo confiteatur se ante paenititudinem insipienti datum, ut tyrannide inimici cognita, resipisceret: & deinceps precaretur, ne rursus traderetur. Secundo, Cum negatio, & Dei nomen nihil distent, si nude scribantur, cur non potuerint Septuaginta legere, Deus?

XXI. Sed de primo, respondeo neminem negare, sic potuisse fieri: sic etiam solere plerumque; Sed quid id ad rem? Quaeatur n. utrum sit factum: hoc est, utrum, quae verba tunc scripsit Prophetam sic verti debeant, ut non significent deprecationem mali: sed exprobationem, ut ita dicam. Exempli gratia. Iulio post cum legimus, Ne fileas: sensum esse haec tenus Deum siluisse in afflictionibus tantis, neque ei respondisse: ac proinde rogandum fuisse ut ne sileret. Hoc tamen cum ita sit, quare utrum legitima versio esset, Siluisti. Hoc nisi Cenomanus doceat, nugas agit.

XXII. Secundum improbat Lorinus. Ita quidem, inquit *Ricardus Cenomanus*: sed nulla editio habet nomen Dei. Et sane oportueratigitur verti: opprobrium insipienti, *Deter*, dedisti me. Et tamen phrasis ipsa repugnat, quæ habet, dabis me, siue, statuer me. Et quamvis sciām solere futura haud raro pro præteritis esse: tamen sciunt vicissim docti, non fieri absque circumstantiis, quæ hic nullæ sunt. Multo proclius hoc futurum esset pro præsentī continua-*tio*, id est, soler constituerē me. Vt in hoc ipso Psalmo. **אשׁ בְּהִגְיָנֵת הַבָּעֵר**: In meditatione mea exardescet ignis: id est, soler exardescere. Sed hic tamen sensus nullum habere poret locum.

XXIV. Psalmo 42. *Transibo in locum tabernaculi admirabilis: usque ad dominum Dei.* Pagninus ex Hebreo, *Transibam in numero, Incedebam cum eis usq; ad domum Dei.* Munsterus: *Deducens eos usq; ad dominum Dei.* Excusat Genbrardus pro אָרוּם, legisse Septuaginta אָרֹם. Bellatin. אָרֹת. Cenomanus בְּרוּם, à radice נֶגֶם. Lorin. אָרוּם vel אָרֹם.

XXV. Vide sudores conspirantium aduersus textum Hebraicum: & in eo solo consentiendum. Nos in tam inquieta subtilitate non amabimus nostram simplicitatem? Cenomanus omnium stupidissimus, longum pridem valere dixit vniuersa Hebreorum analogia Itaque hic refutatur à Lorino. Non video, inquit, qua ratione Septuaginta legere potuerint רַא נְעָנָד quod nullo modo est in usu, nec ut nomine, nec ut verbum. Addo nec ullum simile. Nunquam enim Hebrei repetunt continuo primam radicalem in deriuacionibus: sed duntaxat secundam, tertiam-ue.

XXVI. Reliquorum somnia habent quidem ipsa genium Hebraicum, sed neglecta à Septuaginta. Ratio mihi certa; quia alibi cum lecta, non quam redditiva. Nam **דָּרָם**, à quo illud esse potest **אַרְזָם** Genebrardi, Michæz 2. **וְעַד** dixerunt: longe autem peruersissime Zachariæ vndecimo **וְעַדְעַשׁ**. Bellarmini autem **דָּרָם**, Geneœos vicefimo quinto **וְעַדְעַשׁ**: Zachariæ decimoterio **וְעַדְעַשׁ**: Iosue septimo: & Ionæ tertio **וְעַדְעַשׁ**. Primi Regum decimo nono & secundi capite 2. **וְעַדְעַתְלִוְתִּי**. Ezechielis 11. **וְעַדְעַתְלִוְתִּי**. Lomini **דָּרָם** plurale ab **דָּרָם** vnde Genebrad. **אַרְזָם** fecit: nūquam reperitur. Vnū est reliquū **עַדְעַשׁ**, **אַרְזָם**, quod Ps. 9. & 93. v. 76. exprimitur nomine **עַדְעַשׁ**. Sed oppono primo. **בְּדָם אַרְזָם**, non **הַמִּשְׁכָּר אַרְזָם**. Sed **עַדְעַשׁ**

205. Nam et si Hebrei, non abundantes adiectiis, soleant circumscribere: ut cum Deum gloria dicunt, pro glorio: tamen nego solere ad eum **vsum** adhibere nomina **qua**: **תַּחֲרִים** dicunt: ita non legas Deum glorio: forum. Præterea **בְּסֶן** nego est, **בְּסֶן** eloquuntur Hebrei Grammatici. Né-pe quia est cum accentu Zarka: **qua** ratio pugnat aduersus reliqua etiam commenta.

XXVII. Psalm. 40. Et declinasti semitas nostras à via tua. Vbi peccatum: ex importuna imitatione phrasis Hebraicæ, qua solet subaudire negativā particulam, repetendam ex priore membro per Zeugma: vt sit, Et non recessit cor nostrum, & non declinasti semitas nostras à via tua. Imo non declinasti semitas nostras, sed facilius, declinauit gressus noster. Negationem agnouit Bellarm. repetendam. Sed Græcis, Latinisque non eadem consuetudo. Itaque interpres abducti à vero sensu. Lombardus. Et dum scilicet angustia via ambulamus, tu declinasti, id est, tulisti semitas nostras à via tua. Semita enim nostra erant in prosperitatibus, & voluptatibus seculi. Sed tulisti eas de via tua, & ostendisti arctam viam tuam quæ ducit ad viam. Aiguanus: Dicit ergo, quod in prefatis aduersitatibus, declinasti semitas nostras à via tua, id est, tulisti vel rem uicti semitas nostras, id est, affectus & desideria temporalium à via tua, id est, propter viam tuam imitandum. Iacob. Peres. Declinare permisisti semitas nostras à via tua: quia aliquando non potuimus feruare precepta: nam in die Sabbati coacti sumus pralari contra inimicos. Et huic accedit Carthusianus.

XXVIII. Psalmo quadragesimo nono. *Frater non redimit, redimet homo;*
& non dabit Deo placationem suam. Aut nullo, aut perplexissimo sensu. Nam
quaes distractio est frarris & hominis? Augustinus purauit addendam inser-
rogationem: ut aliquid commodi esset. Sed Hebraicis nihil planius.
Frater non redimendo redimet: phrasij in eo idiomaticam tritam, tam vbiq[ue]
obuiat, ut nulla magis. Et Lor. *Non dubito, quin transposita negatione possit esse*
sensus, quod nemo ullam ratione redimet aliun; quod ieiunisimo Hebraeo denotat ge-
minatio verbi. Neglexerunt penitus Genebrardus, & Bellarminus, quasi
nihil esset momenti.

XXIX. Psalmo 52. *Quid gloriaris in malitia, qui potens es iniquitate? Tu ta die in insitiam cogitauit lingua tua; sicut nouacula acuta fecisti dolum. Per uerissime, Ita enim debuit. Quid gloriaris in iniquitate, potens? Benignitas Dei omni die. Nequitas cogitat lingua tua; sicut nouacula acuta faciens dolum. Exculsan Cenomanus, Genebrardus, Martyr: quia **חִסְר** ut alias benignitas, gratia, misericordia: alias opprobrium. Tum **אָל** alias, Deus, alias ad Sed ego primum dico legendum **חִסְר אֶל :** nam **אָל בְּ הַיּוֹם** nego esse phrasia Hebream: vñquam ve occurrere in Scripturis: in quib. tamen frequens, fina est **כָּל הַיּוֹם**, pro omni die, omnibus dieb. tota die. Deinde nego **חִסְר**, (nam ita coniugit ratio prosodia) nunquam dici opprobrium Dei sed semper misericordiam.*

XXX. Psalmus 62. Verum tamen pretium meum cogitauerunt repellere: cum
ri in siti, ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant. Hebrae vero. Ver-
tamen propter exaltationem eius consultarunt depellere eum, amauerunt mendici-
um, ore suo benedixerunt, & in medio sui (in corde suo) maledicebant. Mitto
pretium meum, nam ΠΝΩ non absurde nulū vernerunt Græci, vnde, inepte
Latinis fecit. Pronomina autem eti personis differunt: tamen certum est sub terria persona de se ipso loquuntur Prophetam. Sed illud, Cucuri
in siti, quid est? vnde est? Fateor potuisse luo more Græcos falli propinquitate
vocabum, ut ἀδερφας dicentes, pluraliter, vnde Latinus fecit singulare, cu-
curri: inepte. Cur enim de se Prophetā loquatur hoc uno verbo, qui reliqua
dixit de aduersariis? Sed in Græcis esto sanc *πνως*, peccatum illis te-
quentissimum.

XXXI. Sed, Quid legerint Septuaginta, inquit Bellarmine, ut vererent
in siti, fateor me ignorare: nam vox Hebraica, cazar, mendacium significat, nō
est villa literarum similitudo inter se, sed mendacium in lingua Hebreorum. Et
ne igitur tandem, & saltē semel vista Sophistice? Vicet a. Sophistice le-
suiticam? Minime, minime gentium. Verisimile est, inquit, interpres Septu-
ginta aliter legisse, & in voce Cazar, pro Caphe, legisse, Bet, qui sunt littere simi-
les, & sic habuisse præpositionem. In, pro aliis duab. literis, vel aliquid aliud legisse,
vel sciuisse ea voce sitim significari. Verisimile, inquit. Et ego verisimile, inqui-
& verisimile certiam non legisse aliter. Sed rectumne? Hoc enim queritur. Si
sciuisse autem esse sitim, postulat Bellarmine, nec valde religiosus, ut sibi creda-
mus: & quidem nec iurato.

XXII. At qui non credunt alij: Cenomanus, Genebrardus, Lucas Brugensis: non Iesuita Lorinus. Quid? quod neq; Iesuita Gretlerus in Apologia Bellarminiana to. 1. ad 13. cap. lib. 2. id est, ad hanc ipsam controversiam Cenomanus. כוּן significat quidem mendacium, interdum tamens sonans featuram negantem aquam, præsertim preposito Aleph, ut Hieremias decimo quinto, ubi legimus, facta est mihi quasi mendacium aquarum. Et hanc acceptationem spexerunt interpretes. Ethunc plausit Lorinus: sed & Lucas Brugensis in Annotationib. כוּן, inquit veritas defetum, id est, mendaciū signat: Septuaginta

verò ad potus defectū, id est sitim, transfluerunt, annuente Gretero.
XXXIII. O ludorum elegantiam! כוב וְתִיְנָאַמְּרָה sit mendacium aquarum; vt sit scaturigo negans aquas? Nunquam factum, nunquam visum. Salte inquit, præposito נ. At primum, inquam, hoc loco nō præponitur נ. Aut putes ea additione eius literæ nihil variari posse significationem? Quin legitur recolis, eadē litera præposita, esse interdum nomē loci, vt Michæl & concludishic itidem signare locum? Deinde nego אַכְזֵב signate vnguiculæ scaturiginē negantem aquas. Nam in Hieremia sic habes, לְתִי נְמֹה אַכְזֵב הַחַיָּה לִכְמֹה אַכְזֵב. Essendo eris mihi sicut mendacium aqua non certa frumentorum. Vbi distinctio Hebraicæ postulat dilparari, sic, fuit mihi sicut mendacium, & fuit mihi sicut aqua; quæ non fuerunt veraces. siue certa. Et tam ut maxime distinctionem superbe negligas, tamen non potes obtineti, ut idem sit quod אַכְזֵב מִסְתָּר. Quomodo iniquum est, quia interdum, apud Hamos octauo dicitur יְהוָה רֹעֶב לְשָׁמָן at dabo יְהוָה, et quia interdum, apud Iehouæ, ut etiam Gen. 12. יְהוָה רֹעֶב בָּאָרֶץ. Et fuit famæ audiendi et interpretetur penuriam verbi Dei. Deniq; Septuaginta, interpretati sunt ὡς πενιανημένην, οὐδὲν δικαιολογίαν mendacem.

XXXIV. Miram vero horum interpretum subtilitatem, si ea fuit quā locas innuit, **בָּכְרֵה** est defectus veritatis: Et sitis est defectus potus: Ergo **בָּכְרֵה** est defectus potus id est sitis. Nihil diuinum: nihil dignitas, quod omnes pastores imitentur. Et vicissim quia **נַחֲלָה** est defectus potus. Et mendacium est defectus veritatis: ideo **מִנְחָה** fuit cum legente interpretati licebit mendacium.

cium. O nobis tantillum quid licet: & cum bona Papistarum venia: quia mendacium est defectus veritatis: mendicitas item defectus opum dicere queamus mendicitatem Monachorum esse mendacium.

XXXV. Alter Genebradi. *Magno studio persecuti sunt me, cucurrerunt ut etiam sitim contraherent. Cucurrerunt magna siti & ardore, Nec ipse subtilitas laude posfremus. Nimirū ergo quia etiam vehemens cursus indicium est sudor: poterat etiam ב verti Sudor: poterat etiam lassitudo. Et quid non poterat? Verumtamen opus erat iam pridē Genebrardo nato: ut ne vocabulum sitis, nouo hoc sensu, & tam longe repetitio, usurpatam, stupidiorum Pa- pistarum mente auertisset in alia omnia. Nam is persuasum fuit sitim hoc loco dictam vehemens desideriū, Lombard. Illi ita: ego tamen salutem illorum sibi abeam: & hoc est, cucurri in siti: quia et si semper e's bibit semper siti ultra Carthus. Id est cum magno desiderio ad patriam festinaui: sicut superius dictum. Situit anima mea ad Deum fortē viuum: vel cucurri viam mandatorum mei insiti perfectionis. Nec tantenius videre potuit quicquam melius. Propter quod siti bunde ac ac desideranter ad Deum cōfugi fontem aqua viue.*

XXXVI. Psalmo eodem. *Veruntamen vani filij hominum: mendaces filij hominum in stateris: ut decipient ipsi de vanitate in id ipsum.* Ait Hebraea. *Veruntamen, vel potius certe, vanitas filij hominum, mendacium filij viri* (id est, ut monet Genebrardus, etiam clarissimi & potentissimi) *in statera ad ascendendum ipsi prae vanitate simul.* Sensum recte Genebrardus expressit: *Sed ascendat in alteram libra lancerum inanitas, in alteram vero uniuersum humanum genus, profecto inanitas ipsa praeponderabit.* Cuius sensus ne vestigium quidem est in Græcis, aut Latinis: quib. significatur potius homines vt stateris ad muruas fraudes. Vnde Bellarminus: *Plerique homines vani, insipientes imprudentes sunt, quia mendaces sumi in stateris ad decipiendum, id est, in stateris dolosis & fraudulentis.* Et iterum: *Maxima pars hominum mentitur sibi & aliis, decipit se & alios, utens stateris dolosum: & quod miseri est, voluntarie uitium stateris dolosum, iuxta illud, Video meliora, proboque, deteriora sequor.*

XXXVII. Excusant-ne: Admodum leviter. Cenomanus sufficit, quod editio nostra non diffidat à veritate Hebraica. Quod non potuit nisi impetrare. Nam Bellarminus, In Hebreo habetur paulo alter: Iansenius, Apud Hebreos longe alter. Et vero res non potest esse ambigua: Nam cum **בְּנֵי אֹדָם** sint omnes homines: tamen Bellarminus cogitur tantum quosdam dicere aut ad summum, max:imam partem. Melius Genebrardus, *Vniuersum humandum genus.*

XXXVIII. *Bellarminus. Vox illa Hebraica, נמלות, ad ascendendum, cum aliis punctis legi, ὁτι τοιούτη, ad iniquitatem, sive ad deceptionem: Et sic legerunt Septuaginta. Antiquum obtinet: sola illi conjectura est pro vehementissima demonstratione: quam omnes sancti rideant. Quid enim mentis est, sic legi potuit: ergo sic reddi debuit?*

XXXIX. Psalm. 64. Scrutatis sunt iniquitatem: defecerunt scrutantes scrutinio.
Acceder homo ad cor alium & exaltabitur Deus. Sagittis & parvulorum facti sunt
plaga eorum: Hebraica veritas habet. Scrutantur iniquitates: per secerunt scrutinum per scrutatum: Et intimum viri, & cor profunsum. Et iaculatus est in eos
Deus sagittam subito & fuerunt plaga eorum. Immante dilectumen. Peccata va-
ria.

VL. Primum, *Defecerunt scrutantes scrutinio*. Enim uero nihil est, quo Scrutantes significentur. Na שׁמְרָה passiuia vox est; Et quidem mere passiuia: non posset admittere significationem actiuam. Verbum יְמִינָה, proprium significat perficere, absoluere. Inde etiam interdum deficeret: unde à Græcis ex primitur per ὀντεῖσθαι: Gen. 47. ιερείς τοι. αὐτῷ σὺνεστ. Quumq; defecisset pecunia. Nimirum, quia omnia esset iam impensa. Primi Samuelis 19. εἰλασθειστα τὰ μέδαλα. Sunt-ne finiti pueri? Id est omnes-nere censu? Atqui deficerunt scrutantes scrutinia; significat ita deficere, ut ne ad scrutandi exitum perueniat: Nam Bellarmin. Defecerunt autem scrutantes scrutinium, quia nihil innuerūt quod vel colorēm veritatis habere videretur. Et apparet ita dictum Græcis η. ιπποι ex aliorum locorum comparatione. At hoc sensu non potuit dici הַמְפַשֵּׁת מִחְשָׁבֶת Scrutinium perscrutatum.

XLI. Opponit Genebrardus, primo חַמְמָה in Calesse transituæ significatio[nis]. Secundo repugnare psalmographi sententia, qui mox docet irritos fuisse eorum conatus, neq; perfectos: tertio הַשְׁנִינָה proprio esse primæ personæ, vt sic mimesis. At qui sciebat Genebrardus, neq; n.p.e. cabat ignoratiæ esse interdum transituum. Ieremias. 27. אָוֹתֶם. עֲדֵךְ חַמְמָה. Hier. virtut, donec consumam eos. Et vero hic Syntaxis ea est, quæ solet esse verborum translatis uorum, id est, ætuorum. Ut in eodem versu חַפְשָׂו וּלְתָהָר Scrutati sunt iniquitates. Conatus irritos mox doceri: primū potest negari: nam sequentia non irritatos conatus dicunt: sed tandem vindictam diuinam: quæ solet etiam post non irritatos conatus exerceri in impiis. Deinde, quid ad se? Nam irrit conatus posteriores sunt scrutinios: itaq; possunt scrutando non deficeret quo tamè exitus frustratur: maxime impidente vi maiore: id est, diuina voluntate. Deniq; esse primam personam liebat non esse necesse. Testes habeo ipsos, quos defendit interpretes: qui tertiam expresserunt: οἱ λαῖς, defecerunt. Testes itē Grammaticos. Kimkhi אמרו ב' אָמֹר אָמֹר ב' נָהָר Dicunt Nun venire in locum Literæ geminanda. Et citat tum hunc locum, qui est per manibus: tum alterum ex Threen. 3. תְּרוּחָה בְּלָא תְּמִנוֹ בְּמוֹחָמָתוֹ misericordia Domini, quod non defecerint: ubi est תְּמִנוֹ pro תְּמִנוֹ. Sed esto tamen mimesis: quid contra nos? Nam æque constabit sententia, quan nos defendimus.

XLI Alterum peccatum. *Accedet homo ad cor altū.* Vbi primū peccatum est in ad pro, quod agnouit Cenomanus. Apparet, inquit, esse librarij vi-
tiū, pro, & corātū. Sed id peccatum, non Græcorū est, qui dixerunt ag. nre
dia, sed latīna editionis: quā & dissimulat Genebrard Bellarm. Retinuit
Sixtus quintus: & tuetur Lorinus: quia sic fuisse suo tēpore testetur Beda
Deinde eiusdē editionis Latinæ peccatum est altum, pro Græco 6.9.1a. N
etsi bene Latinum sit, altum pro profundo: tamen ambiguū est: Et ambi-
guitas decepit interpres qui non profunditatē, sed iublimitatē som-
niarunt: quicunque scil. aut noluerunt, aut non potuerunt Hebræa consu-
lere. Aiguanus. *Sicut cor paruum dicitur habere qui omnia pericula timet, pro-*
pter quod emittit illa, que facere debet: Sic per oppositum ille cor altum & magnū
habere dicitur, qui pro iustitia saluanda morte corporis constanter aggreditur. Si
militer Carthusianus: Lombardus. Id est ad cordis intellectū altum, vi quā
yes diuinās perquirit: quod est ad cor altum ire. Atqui דָמֵי יְהוָה a profundiitate di-

citur potius; &c in malam partem sonat: quod præter eas, qui hoc seculo
Hebraice poterunt aliquid scire: pauci omnino animaduerterunt.

XLIII. Sed Graecorum peccatum fuit ~~τατελέσθαι~~, unde Latinus, accedit. Nam Hebreice **בָּשָׂר** non verbum est, sed nomen significans medium, intimum. Unde quotiens de animali dicitur, solet ab iisdē Græcis verti, **κρέας**, venier, ut Gen. 4. **έργαλδα**, que in ventre. Lyc. 1. **κατην** p. venter Iob vicesimo **εἰδούσις** intestina. Exodi 12. **γέρεδις** cor P̄sal. 5. Non negant: sed mutatis pū-
etis **בָּשָׂר** esse idem quod accedere: quod & nos fatemur. Sed quare ratio si
legendi? Aut quis sensus ~~τατελέσθαι~~ ἐπέρωτος, ή καρδία εἰδέσθαι? Accedit
homo, & cor profundum. Et credo inde factum, ut retineatur ad cor altum: no-
sit sine mente sonus.

XLIV. Tertium peccatum. *Et exaltabitur Deus. Sagitt& parvulorum fact& sunt plaga eorum. Quod debuit. Et iaculatus est in eos Deus. Sagittam subito fuerunt plaga eorum. Ut mirum Dei iudicium describarunt maxime impios deprehendentis, cum minime omnium sperant: ut subitanæ vindicta sit. E nimuero מִלְאָה nemo negat esse. *Et sagittabit eos: Et יְמִינָה sagittam, & דְּנֵת repente. At pro quib. necesse est substitui וְיַדְמָה & חַצְבָּה פְּנֵי. Sic enim philosophantur Genebrardus Bellarm. Cenomanus, Lorinus.**

XLV. & Psalmo 68,excerpta erant quædam a Caluino. Adde ista. Iter
facite ei qui ascendit super occasum. Incepit: nam quid est ascendere super oc-
casum. Significatur enim Deus: qui quomodo ascendat super occasum ne
mo potuit diuinare: itaque decurrentum fuit ad allegorias. Atqui Hebrai
ca plana sunt. Etenim רְבָבָה non ascendentem significat: sed ascendentem
in equum: immo vero insidentem equo equitantem. Iam עֲזֹבוֹת fateor signi-
ficare non occasum, partem mundi: sed occasum solis, id est, vesperam, tem-
pus vespertinum: ut Ieremiæ 6. Lupus ad vesperam. Hier. puta-
uit significare deferra, vertens. Qui ascendit per defera. At Iud. xi. longe ma-
gnificentius cœlos ipsos Kimchi: idem est, quod equitam
הַבְּךָר מִסְבֵּחַ הַגְּלָגָל וְעַדְבָּתָן כְּמוֹ שׂוֹרֶכֶת
cœlos: Et explicat metaphoram שׂוֹרֶכֶת. Sicut qui equitat iter faciens iumentum, sic Deus bene-
dictus circumit Spharam & cœlos. וּקְרָא הַגְּלָגָל הַעֲלִין המִקְרָב
et nomen suum קְרָא הַגְּלָגָל. Et vocat Spharam supremam, qua ambit omnia: & mo-
uet omnes spheras motu suo. Nihil potuit dici magnificentius de maiestate di-
uina. Itaque etiam repetitur hoc ipso Psalmo ad finem, aliis verbis קְרָא
ascendit super cœlum cœli ad orientem. לְרַבָּב בְּשָׁמֵי Equitanti cœlos cœlorum orientis. In editione Latina, Quia

XLVI. In eodem Psalmo, *Turbabuntur (Græce est ταραχθήσονται)* à facie eius Quod Hebraice nusquam pareret, & impo[r]tune est in electum: nā proxima non consentiunt, neq[ue] præcedentib[us]. *Exultate in conspectu eius: neque sequentib[us]. Patri orphanorum & sufficientia viduarum.* Bellarm. excidisse putatur ex textu Hebraico. Cum tamen neq[ue] in Chaldaica sit paraphrasi, neq[ue] in Hieronymi versione. Cenomanus omnia uitat **לפנֵי** posse dici *ad futurū eius*. Quod si vel vno docuerit exemplo, vincito sane. Genebrardus, vel insertus commode ad connexionem, quasi vigilans somnaret, vel potius duplice expressam lectionem. *Quia scilicet* **לפנֵי** alicubi expressum est a Rabbi Iona tremere; nempe Ieremias 5. quod quidem didicit Genebrardus à Kimchi, qui præter quam quod notat in commentariis, eam significacionem est: Arabicam, etiam refutat in Radicib[us]. **שׁבורה ותוקף ואין צורך ב'** *השׁבורה יבנה Non est necesse*, inquit, *quia ebrietas multiplicat letitiam, rifiuit & insaniam.* Itaque certum in lingua Hebraica nusquam id verbi aliud designare, quam lætitiam. *Quid cum si Arabice tremorem?* Denique quænam hæc interpretandi ratio, minus literæ geminum sensum exprimere?

*At Iudæi exponunt, vincos compidib. longe facilius. Etsi nūquam alias ho-
nominis legatur, sed cōparatur cum vicina radice Ḥ. Alii malunt a Ḥ
& interpretantur congruentiam, paulo durius. Nam quid est, Deus educit
vincos congruenter? Nisi succurrat transpositio, ut intelligatur educere
conuenienter, quod videtur non malum quidem, sed frigidiusculum Cum
compedibus in eo quidem arguento nihil sit potentius.*

*ut saluum me facias. Hebraice. Esto mihi in rupem habitaculi, ad veniendum
perpetuo, id est, ad quam iugiter venire possum, Iussisti ad seruandum me, id est
quam tu constitueris ad seruandum me, nam si sunt vel pueri, sic solere re-
latiuum subaudiri. Genebrardus dissimilat. Cenomanus: Locus minitus
inquit, quidnam aliud lonat, quam obtinere locum in quem quoties opu-
fuerit, te tuto recipere possis? Forte, inquam, sed quid prohibuit id exprimere Septuaginta, quod & verum est, & dixit is autor, quem habebant prae-
manibus? Mira peruersitas Nisi forte prudentior illis stylus, quam prophetae.
Quod cedat, qui volet, non ego. Deinde, quid si non omnis refugij lo-
cus, is est, in quem quis semper commigrare possit? Nam etiam homine
hominibus tales esse possunt, at non semper.*

XLIX. Bellarminus, Apparet, inquit, corruptio ex loco simili, in Psalmo 30. Nam pro **לְבָנָה** est **לְבָנָה**. Et pro **צִוֵּי** **תְּשׁוֹרָה**, est **מַעֲזָה**, iisdem literis, sed aliter dispositis. Egregie sane, nisi obstaret Lorinus, etiam Jesuita qui dilerte, *Non ausim*, inquit, *approbare*. Et sane, quis iussit eundem hic & illuc locum esse? Et si eundem, cur varia verba sunt? & pro domo refugij, legimus locum mynitum? Iisdem literas, sed aliter dispositas, primus fallutum, si singulas singulis compares, & vtrinque totidem, quod vel oculi, dicitique demonstrat Deinde, quid tum? Aut quis nescit id perpetuum esse in omnibus linguis? Sane **נָדָע** & **מָנָע**, item **אָבִן** & **אָבִן**, Item **כָּנָע** & **כָּנָע**, mille huiusmodi, eadem litera sunt aliter dispositae. Nec potuerunt aliter ex tam paucis elementis tam multas voces formari. Ergo ne totos corruperint, dicit Lector Bellarm. Magne vir sciens.

L. Psalmo septuagesimo secundo. *Et permanebit tu Sole.* Pro: *Et timebit te cum Sole.* Ne empe vocem **לְנַרְנָרִי** legerunt per metathesin. *Ieroc inquit Genebrardus, Viaroc Bellatmin, ab רְנָרִן prolongare.* At Cenomanus, **אֶת־** Chaldaica radice, eiudem notionis, **וְהַ** hunc modū Lorinus illa methathe si iudicauit faciliorem. Veruntamen, legisse *Viaroc*, falsum, nam hæc null forma est Hebraica, sed inepte balbutientis infantis somnium. Secundo, verisimile est noui legisse *Ieroc*, tum quod id verbi raturum sit in coniugatione Cal, tum quod eius ordinis verborum ea forma rarior est. Et huius ipsius alia legitur Ezechielis 31, **וְתִּאֲרֹבֵנָה**, nec vñquam illa. Tertio dico non esse verisimile legisse qui quam ab **אֶת־** Hebræo. Ratio, quia vñcunqu

legerunt, nunquam reddiderūt σύμβολον εἰς. Sed Gen. 25. ἐγένετο τὸ παλαιότερον εἰς. Ezech. 12. ἔστη ἡ ράβδος τριτεσμόν πρώτον, ἡ ψωθησία. Et verò ratio impla postular, ut longe aliud sit producere, aliud permanere. Denique dico non potuisse legere αὐτὸν Chaldaico, quanquam placuerit Lorino propter geminum Iod. Ratio mibi, quia ea vox nulla: et si notetur a Munstero in Dictionario Chaldaico. Nam re vera est ΤΑΞΙΔΙΟΝ, ut Hebraice, nec unquam in vnuisi in Aphel. Vide Dictionarium Syrochaldaicum Boderianum.

L. Psalmo 74. Posuerunt signa sua signa. Et non cognoverunt sicut in exitu super summum, Hebraice. Posuerunt signa sua signa. Cognoscatur sicut aduersus in alium in perplexitate ligni id est syluz. secures. Illud obscurissimum: ut constat ex commentariis: hoc longe facilius, significat furorem hostium deuastantium Ecclesiam, instareorū qui in sylvis disiuncti ligna. Cuiusmodi nihil est in illa editione: quæ etiam negationem addidit. Itaque Cenomanus. Mire diffidere apparet nostram lectionem ab Hebraica, in eo maxime quod habemus negationem, quam Hebrei hic neutiquā agnoscunt: & unde hanc rint Septuaginta, non satis liquet. Et perplexus nihil tandem definit: tantum notat non negligendam diuersarum interpretationum comparationem.

L. Bellarm. solita sua arte, codices obtendit Interpretum Septuaginta habuisse negationem, & legisse γέννησις, pro γέννησι. Porro introitum & exitum idē esse: quia vnde intratur inde exeat. Genebrardus addit Μόνον idem esse quod μόνον: de negatione a. nihil. Ast nobis tanti nunc est audacia Bellarmi, quanti alias. Enim uero si hæc admittatur, tum necesse erit Hebraicam editionem plurib. mendis scatere, quam cribrum foraminib. Et quidem iam ab Hieronymi aetate imo longe ante, cum tamen dicere Augustin. re liquas editiones inde corrigidendas. Nihil ad nos, vtrum sit idem introitus & exitus: quando hic neuter est. Illud Genebrardi vehementius Μόνον non esse semper Benoni. Quod ramen ille vnicō potest exemplo docere, Ezech. 42. controuersio tamen: quandoquidem aliter scribatur quam legitur. Sed vt sit, nihilominus syntaxeos alia ratio: qui κρούμοις secures: nihil habebunt vnde perficiant senium. Addo scribi: at qui introitum dicunt, cogi mutare in γέννησι.

LIII. In eodem. Venite, & quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra. καταπονοῦσι: quod ramen Hier. ad Suinam & Fretelam esse αὐτοὶ οἱ γερουσιαὶ. Itaque minores sunt vehementes Papista hoc loco. Et Cenomanus monet ab Hieronymo dictum non esse propterea mutandam psalmiodiam Ecclesiæ: nec aduertit ab eodem dictū. Et tamen sciendum quid veritas Hebraea habeat. Hoc n. quod Septuaginta interpretes transulerunt propter vetustatem in Ecclesia decantandum est: & illud ab eruditis sciendum propter notitiam Scripturarum. Quod contra pugnat Bellarm. posthabita Hieronymi autoritate, quam tamen alias tantum non habet pro diuina.

LV. In eodem Psalmo 1am non est Propheta: & nos non cognoscet amplius. Hebraice. Non est amplius propheta, neq; nebiscum qui cognoscet usq; quo. Bellarm. dissimulauit. Cenomanus & Lorinus dixerunt verbis Hebraicis vtrumque effici: sed quomodo tacuerunt: nisi quod Cenomanus addidit, si legatur γέννησις pro γέννησι. Sed tum, quid erit γέννησις? Non enim fert eam phrasin Hebraismus. Genebrardus dixit legisse Interpretis θόρυβον. Et videtur: sed vtrum debuerunt: Præterea, rursus quæro, quis seculas, Nos non cognoscet usq; quo nā amplius, non est γέννησις.

LV. In eodem. Irritabit aduersarius nomen tuum in finem. Vbi irritabit, προσεξεῖσθε, pro γέννησι: ut postea λαὸς ἀφέων παρεξειστὸν ὄντος: quod Latinus reddidit, populus insi, iens incitauit nomen tuum: rursus παρεξεισθει γέννησι. Hoc a. verbum significat blasphemare: quod ramen semel dentaxat agnoverunt interpretes isti Esaiæ 52. adeo hoc illis peccatum ferme perpetuum est. Et dissimulant Papista, quasi nihil interesset. At qui neq; omnia qui blasphemare dicit, irritandi potius modum designat, qui alias plures sunt.

LVI. In eodem. Vt quod auertis manum tuam, & dexteram tuam de medio finu tuo in finem: Hoc postremum, In finem, abit ab Hebraeo בְּלֹה. Nam hoc verbum est: quo cum alia, tum vero significatur etiam cohibere, abstinere, cessare: ut Psalmo 119. idē παντοῖς εἰκασίαις ποδοῖς: ἀνὰ μὲν ἀνά ποδες meos. Quanquam hoc fateor ambiguum esse, vtrum sit ab hac radice בְּלֹה, an ab altera בְּלַה: qui ordinis quidem sunt diuersi: sed ita tamen, ut analogia permutebat frequenter. Sed Gen. 24. וְאֵת בְּלֹה לְשׂוֹתָה לְהַקְרִיבָה תְּמִימָה. Cumque ille bibisset: rectius: absoluere ei potum propinare: non donec cuncti bibant: Ad verbum, donec cessauerint bibere. Hæc notio facilis hoc nostro loco: ut rogetur Deus, desinat habere manum in finu suo: qui gestus est eorum qui nihil agunt, siue, ut Genebrardus ait, heminis nolentis auxilium ferre.

LVII. Bellarm. Potest optime verti, perfecte & absolute: quod est idem cum in finem: præferrim si deducatur à verbo בְּלֹה quod est perficere. Sed oblitus docere secundum quam analogiam ab hoc statillud. Nam ipse suā componens Grammaticam, nullam tradidit: forte quia ista tum minutula negligebat: qui infinita maioris momenti non tanti habuit, ut aut disceret, aut doceret. Verum quid est, Ut quid aueris manum tuam, & dextram tuā de medio finu tuo perfecte, & absoluere? Oblitus est docere. Nos sidemus.

LVIII. Psalmo 78. Audiuimus Dominus & distulit. At Genebrardus, Hebraica sonant, Et valde irarus est, Nemo aliter excusat, quam interpretando: quasi vel nihil, vel parvum interest inter differre & irasceri: Adeo illis verbis sunt, quicquid volunt. Eodem. & dilexerunt eum in ore suo: pro & bladiti sunt ei ore suo: Dissimulanti.

LIX. Psalmo 77. Et medice suscitabunt. Hebraice Et mortui resurgent. Enim uero quam ridicule anquisti medici? Excusant. Quia רְפָאִים quæ vox mortuos significat, & Gigantes: uno punctulo mutato fit φαρμακον & medi. os designat. Et hoc modo legisse Septuaginta certissimum. Esto in qua: sed profecto inepit, improbe legisse itidem certissimum. Quare? Quia nimirū, non illis sola illa vox legenda: sed phrasis integra קְוִוָּת, vnde ambiguitas facile tollebatur: nisi ipsi libi erroris occasionem creare voluisserent. Nam certe קְוִוָּת, non significat suscitabunt, quod est actiuum: cum id verbi sit neutrum, siue unquam transituum Psalm. 32. וְעַד אֶרְאָשָׁתְּךָ: nunc ex surgam. Eccles. 12. וְעַד אֶרְאָשָׁתְּךָ: & confusus. Psal. 1. כִּי אֶרְאָשָׁתְּךָ: non resurgent. Cur ergo hoc loco peccare libuit? Et iterauit ramen Esaias 26. וְעַד אֶרְאָשָׁתְּךָ: Medici non suscitabunt: vbi versio Latina habet, Gigantes non resurgent. Quo loco velim citate, vtrum autoritas illa Septuaginta Interpretum, quam in Psalnis vigent solam, in Esaiæ opponenda sit Latinae

editioni: vi hæc potius in eorum gratiam sit fallax. Aut si male in Esaiæ gerint Septuaginta διάφορον pro διάφορον, cur hic bene?

LX. Psalmo 14. Quorum filii sicut nouelle plantationes in intentu suntilie eorum composite. Pro quibus Hebraica sic sunt: Vt sim filij nostri sicut plantationes auctæ in adolescentia sua: filii nostra, sicut anguli excisi in star palati. Et deinceps per aliquot versus, mutatur Latine persona prima in tertiam. Mirum, quam procul abeunte sensu. Quum enim precatio sit Prophetæ coguntur detorquere in iactantiam infidelium, felicitatem suam constitutam in reb. temporalibus.

LXI. Excusant duobus modis. Cenomanus, Apparet, inquit, Septuaginta legisse τὸν καὶ punctulo dages. Bellarminus: Posset facile fieri, ut Hebraica tempore Septuaginta Interpretum fuerint in tercia persona, & postea successu temporis incuria librivariorum mutata sint in primam personam: quod facilissimum fuit: cum discrimen persona prima & tercia in literis, non in syllabis consistat. Nam si desit litera Nun, erit persona prima: Si adiut, erit persona tercia. Proh, quantum sub celo reliquum frontis est & fidei, quid hoc tandem rei est? Aut unde hæc aut tam confidens rerum ignorantia: aut tam ignara rerum confidentia? Nam tertij quidem pronominis esse fateor τὸν καὶ cum dages, ut Cenomanus voluit, sed hoc affigi cniq; nomini, nego γιλλαν Syntaxin Hebraicam ferre. Bellarminus autem ubi erat? quid habebat in animo? Quis ei Barrabas praceptor fuit? Tertiæ personæ ut sit pronomen τὸν καὶ siat proxime ablato Nun? Terras, & maria? quanti est Iesuitam esse? quanti Cardinalis? Voluit, opinor: debuit saltē dicere, pronomen primæ, fieri tertiae, ablato Nun. Ita n. verum. Sed ea tercia persona sic sit singularis numeri, nunquam pluralis: Et tum differt à prima, non tantum literis, sed etiam syllabis, quod negauit Cardinalis Iesuita.

LXII. Genebrardum sua in his literis eruditio rededit ad immodestiam, prætextu vsum magis plausibili. Retinet primam personam in contextu, sed per mimesin: nimirū vt prosopopœia sit eorum qui διάβολος filii proxime sunt appellati: sed hanc mutatam in tertiam personam, & illustriorem redditam ab Interpretibus. Non posse autem aliam sententiam, probat primo, quia proxime præcedunt, Quorumos loquutum est vanitatem & dexteram eorum, dextera iniquitatem: secundo, quoniam mox subiungitur τὸν, quad tertio, quia loquendi formula ultimi versus est vox Iusti contradicentis superiori sententia: sic, Beatus populus cui haec sunt: imo vero, beatus cuius dominus Deus eius. Quarto, quoniam Rabbini fatentur apud R. Solomonem, hæc ad literam, nunquam piis contigisse, nisi sub Ezechia rege: cum tamen David hic loquatur de suo tempore. Quinto, quia sensus recentiorum est pinguis & Epicureus, saltem carnalis magis quam Euangelicus. Sexto, quia τὸν nunquam ponitur pro γέννησι, sine verbo futuri temporis expresso: cum hic duntaxat de currant participia, imo raro sumitur pro ut.

LXII. Magnus sane conatus, animosusque, & qui quemuis mouere querat. Sed larvas pertendemus. Prosopopœiam nego esse, tum quia finis Psalmi contradicit, pronuntians beatum populum, cui sic sit: tum quia nulla præcedentia ita postulent. Nam quod in primo arguento proxima profertur, nimis breuiter factum: & tam properanter, ut nulla sit indicativa visus argumenti. Fateor ergo proxime actum de impiis: sed videat quo iure nos velit necessario eosdem intelligere in diuersis versib. qui paulo post in vno postremo non patitur bis nominatum populum eundem intelligi. Deinde non obseruat, versum ita concipi, ut eius sit initium, ερευνημένοις filiorum alienorum: vnde appetat filios alienos non propter se nominatos descriptosque: fed liberationem: ad quam optime hæc nostri refici possint, nempe, Erue me, ut liberi nostri sint sicut nouellæ plantationes secundum etiā argumentum, ut canis ē Nil biberet & fugit. Nos sancti, negamus particulæ γέννησιν vim esse, que nobis contradicat.

LXIII. In tertio, negamus γιλλαν esse contradictionem iusti: aut antithesen. Quam iū soli viderunt, qui decepti sunt ab iis interpretib. à quib. necesse fuit addi verbum dixerunt, quod Hebraice nō est. Abben Ezra, ad eum versum. וְאֵת הַטּוֹבָה בְּעֵבוֹר שִׁיחָה אֶלְהִין וְלֹמַדְתָּה לְפָנֶיךָ שְׁמָךְ אֶלְהִין וְמִפְנֵי מִהִיא הַיּוֹתָה לְהַעֲמִידָתָה. Et quarto querit ei hoc omne boylum? Quia Ichoua est Deus eius. Kimchi קְרָבָה לְפָנֶיךָ שְׁמָךְ אֶלְהִין וְמִפְנֵי מִהִיא הַיּוֹתָה לְהַעֲמִידָתָה: Et quartus fuit huic populo hac felicitas? Quia Ichoua Deus eius. Proptere a beatus si cuius Ichoua Deus est. Quid tum a. si hæc anquam acciderit piis ad literam, quod in quarto ponitur? An propterea non potuerunt optari: non possunt.

LXIV. Sensum esse pinguis & Epicureum, quis definuit? Longe sanior hac parte Genebrardo David Kimchi, distinxit triplicem benedictionem in fructu tertio, διάβολος καὶ βαττινούντερον ἀδιάβολον καὶ βαττινούντερον, in fructu tertio nostre & in fructum iumenti nostri. Et eas tres benedictiones commemorat in hoc Psalmo, quemad modum memorantur in lege in benedictionib. nempe Deuteronomij. Et quis nescit etiam Papistas alioquin definiuisse ad aetatis suis propositionem beatitudinem quandam temporalem, tantum non solam, quod nos non possumus concordare?

LXV. Sed deniq; γέννησι non ponit pro γέννησι, non ausus negare, qui sciret disertum esse contra & testimonium Kimchi: & autoritatem Scripturæ, Deut. 4. ut bene sit tibi, & filii tuis post te. Cum id, inquam, negare non possit; contraxit, quod potuit: Nunquam, inquit, sine verbo futuri temporis expresso. Astum vide. Non satis fuit, sine verbo futuri temporis: nam videbat responderi posse, subaudiendum hoc loco, קְרָבָה לְפָנֶיךָ שְׁמָךְ אֶלְהִין וְמִפְנֵי מִהִיא הַיּוֹתָה לְהַעֲמִידָתָה, itaque vnde vallavit, ut ne qua exitus patet: & addit, expresso. Sed nos ridemus nouos Solonias: qui nulla legitima assumpta autoritate leges prescribant pro arbitrio, quae nullum sit in villa ratione fundamentum.

LXVI. Psalm. 14. Audiant verba mea, quoniam potuerunt: sicut crassitudo terra erupta est super terram. Dissipata sunt ossa nostra fecis in infernum. Mire mendosus locus: Et varie. Primo, quoniam potuerunt, non est id quod Hebraice Sanctes reddidit. Quoniam dulcia sunt: nec negant sic esse. Sed excusant Cenomanus, Bellarminus, alij: quia verba tunc sunt potentia, & efficacia, & prævalent in animis hominum, quando dulcia & decora sunt. Imo, inquam, cur non etiam cum secura? Nam securissima reprehensiones & increpationes potentes sunt. Itaque affectatio fuit ambiguitatis: qui enim potentes legit, dubitat quomodo: an tanquam dulcia, aut tanquam secura. At Propheta, secura noluit intelligi, sed expressit dulcia. Rursus,

Rursus, verba, quæ potuerunt, significant, non ea quæ possint persuadere sed, ea quæ iam efficaciam suam habuerunt persuadendi. Quis autem sensus: audiant verba, quæ persuaserunt? aut quomodo persuaserunt, quæ non sunt auditæ?

LXVI. Rursus peccatum. Sicut crassitudo terra erupta est. Hebraice, Sicut scindens & dividens in terra. Facili sensu, ut apud Mollerum: Fuerunt ossa nostra dispersa, quemadmodum frustulatum scinduntur ligna & lapides. Quum illa Latina, vel nihil prouersus, vel alia omnia menti obiciant: vnde natus alter error disfunctionis: ut vna serie scriptum sit, audiant verba mea, quoniam potuerunt, sicut crassitudo terra erupta est super terram. Carthul. Sicut crassitudo terra, id est pinguedo latens sub terra erupta est, id est, ascendit, & apparuit super terram, cum terra vomere scinderetur, sic verba mea potuerunt eos corrigere. Nec aliter Iacobus Perez. Cum tamen teste Genebrardo, eadat hoc simile in primum hemisticium sequentis versus. Nec habent quo excusent.

LXVII. Tertium peccatum: Dissipata ossa secus infernum. Nam quid ossa ad infernum? Nisi concedatur infernum dictum pro sepulchro: ut sensus sit, plurima esse piorum occisorum ossa non sepulta: sed temere disiecta in superficie terra: praे manifesta rabie impiorum, qui non tantum in viuis impotenter furant, sed ne in mortuis quidem quietant. Quod genus inhumanitatis, his paucis annis varie peccarunt Papistæ in nostrorum corpora. Sed ad rem: Infernum hic aut aburde nominatum, aut pro sepulcro possum: quod alias negant Papistæ. Hoc peccatum dissimulatum omnibus.

LXIX. Psalm. 107. Suscepit eos de via iniquitas eorum. At ex Hebreo Hieronymi propter viam scelerum eorum. Pagninus, sculti propter viam peruaricationis sua Bellarm medicinam facturus, negat lectū δέλτα οντος: sed δέλτα οντος est, suscepit eos. Genebrard. δέλτα Ιουελιμ, roborauit eos, affixo Mempoetice habente Chirekante i.e. At Cenomoano placuit alia somniatio: deflexum esse themate δέλτα, collegit, ut esset δέλτα Ιουελιμ collegit eos.

LXX. Sed priores otiosi luserunt, in lingua aliena: quam pro magno beneficio debueunt discere, non fingere. Nam, quo exemplo docebit Bellarm. verbum δέλτα: quo exemplo Genebrardus verbum δέλτα fuisse in vsu? Sunt enim radices tantum fictæ, propter inde deriuatas voces. Tum autem à Genebrardo ficta est illa affixi poetica licentia: cuius nullum vestigium, nullum inquam fuit obseruatio. Nam de Cenomoano quid dicam? Potuisse quenquamque aliter somniare: Et literis pro arbitrio detractis aliis, aliis additis, etiam tragediaphos in subfidium aduocare. Nouerit tamen verbum δέλτα obseruari nulquam occurtere, sed semel duntaxat ab eo factum partem Gen. 37. Nam alias temper de muto dicitur δέλτα Ασδρά, qui non potest loqui. Inquit Kimchi: qui non potest loqui.

C A P. XI.

An excusari possint errores editionis Graecæ.

I. Anus me deficiat, si omnia colligam percurrent reliquos libros. Sufficiant illa. Quis enim iam negat virtutissimam esse editionem Graecam? ut si vitiosissimam agnoscat: quis diuinam, quis authenticam affimet? Saltem paulo cordatior: nec vescens lolio. Eos autem cur moremur, qui in uicarum in morem vicerit. Imo precabimur illis à Deo mente bonam. Videamus tamen quid soleat astri in eius editionis excusationem: nam Petrus Sutor in hoc multus est.

II. Hieronymi præfatione in Pentateuchum: post obseruatos quosdam locos, qui ab Apostolis aliter citantur, quā in editione Graeca legantur. Iudai (inquit) prudenter factum dicunt esse consilio: ne Ptolomeus unius Dei cultor, etiam apud Hebreos duplēcēm diuinitatem deprehenderet. Quod maxime idcirco faciebant, quia in Platonis dogmatadere videbatur. Denique ubique sacratum aliquid Scriptura testatur de Patre & Filio, & Spiritu Sancto, aut aliter interpretati sunt, aut omnino tacuerunt, ut & regi satisfacerent, & arcana fidei non vulgarent. Et præfatione in Esaiam, conuicit noluisse Septuaginta Interpretes fidei suæ Sacraenta perspicue Ethnicis prodere, ne sanctum canib. & margaritas por. is darent.

III. Augustinus est vehementior libro de Cittitate Dei decimo octauo, cap. 43. Sumens enim tanquam verum & concessum Septuaginta illos Interpretates fuisse Prophetas, eademque inspiratione interpretatos esse sacras Scripturas, quo primum scripta fuerant: omnia facile soluit. Quoties enim non congruit interpretatio textui Hebraico, tum altitudinem Propheticam credi vult, potuerit autoritate diuina & aliud dici, & aliquid prætermitti, aut addi: ut hinc ostenderetur nonhumanam fuisse in illo opere seruiturem, quam verbis debebat interpres: sed diuinam potius potestatem, quam mentem regebat, & replebat interpres: ut quidquid est in Hebreis codicibus, & non est apud eos interpres, noluerit hoc per istos, sed per illos Prophetas Dei Spiritus dicere: quicquid vero est apud Septuaginta, ita Hebreis autem codicibus non est, per illos maluerit, quam peritos, idem Spiritus dicere: quemadmodum alia per Esaiam, alia per Hieremiam, alia per alium, atque alium Prophetam, vel aliter eadem per hunc, ac per illum dixit, ut voluit.

IV. Iam Sutor, si bene colligo summam disputationis admodum perplexam, agit in hunc modum. Primo diuersitas Graecæ editionis & Hebraicæ, vel verborum est, vel sententiarum. Si verborum: non propterea recessum est ab interpretis officio: cui satis fit, si sensus exprimatur, ut Horatius docuit, & Hieronymus, & Cicero. Quod si qua sensum est diuersitas, tum aliud est sensum diuersum transferre, aliud sensum repugnante interpretari. Quæ enim varia sunt, simul consentire possunt: at quæ pugnant, minime. Septuaginta vero Interpretates, nihil dixerunt, quod pugnet cum Hebraica veritate.

V. Secundo, si sit aliqua dissonantia: tum illa, vel ab ipsis est interpretibus, vel à Iudeis, vel a scribis, vel a Spiritu Diuino. At non est ab ipsis interpretibus, nec enim fuerunt vel imperiti, vel inuidi, vel negligentes. Non fuisse imperitos testatur Augustinus: Et verisimile est doctos fuisse ab Eleazaris missos: nec negligentes. Si inuidi, tum fuisse oppido quam ingratia, & suspicari poterant, regem mox vindicaturum. Non est etiam à Iudeis: nec enim verisimile eos longe lateq; per orbem diffusos potuisse in-

Tom. I.

vnum ita contenire, & conspirare in corruptionem omnium codicuum. Superest ergo, vt sit vel à librariis, vel à Spiritu. Atque hoc verum est: nam multis locis ab imperitia, & negligentia, seu culpa librariorum factum est, vt Graeca dissentiant ab Hebreis. Ali quando etiam autoritate, ac dispensatione Spiritus Sancti.

VI. Ut autem dignoscamus qui loci corrupti sint à librariis, qui vero à Spiritu mutati: tum & diligentia, & Spiritus vocatione opus est. Generaliter tamen haec regulæ dari possunt: Si quid repetitur ita diuersum, ut verum verumque esse non possit: tum librariorum erit corruptio. Si vero, quod diuersum prima fronte apparet, non tamen omnino repugnans, sed veritati consentiens videtur, tum cogitandum sensum aliquem mysticum, ibi late-re. Haec tenus Sutor.

VII. At haec omnia σοφα sunt φραγμα, & rectoriaque artes, quibus non emendantur, quod in Ecclesia fieri oportuit: sed dissimilantur peccata: quod iis vitiis indignissimum, quibus veritas debuit esse vincere Scopus. Quanquam Hieronymus, non ipse excusat Septuaginta Interpretates, quos prius omnium accusavit: sed quid vel Iudei dicant, profert, vel quid illos in animo habuisse ipse putet: ipse autem se cas tanquam legitimas causas approbare, nunquam significat: sed, ut solet plerumque, rem totam in medio relinquit, ut etiam prudens lector suo iudicio vel probet, vel improbat.

VIII. Enimvero cuiusmodi illæ tandem cause sunt? Prima, ne Ptolomeus, vnius Deitatis cultor, apud Hebreos duplēcēm diuinitatem deprehenderet. Atque Ptolomeum fuisse idololatram, non vnius Dei cultorem, Chrysost. assertebat. Sed est o. Hæc vero legitima causa erit Scripturarum peruetendarum? Quasi vero προστίθεται Scriptura doceat: & non magis vnicam Deitatem multo melius & certius quam vna quicquid Ethnicorum Philosophia: aut huic vnitati illa contradicant, quæ de Trinitate testimonia occurunt? Docendus erat potius Ptolomeus, quam sic illudendum, prætextu bonæ fidei.

IX. Secundo haec causa peculiaris est, i.e. tantum locis, qui de Trinitate aliquid docent. At hi omnino minimam partem efficiunt locorum vitiorum: in quorum longe plurimis nullum maius periculum fingi potest, quam in aliis infinitis, qui legitime sunt redditi. Exempli gratia. Non potuit absurdior videri redditus corui in arcum quam columbae. Et tamen columbam redisse vere ex Hebreo affirmarunt: corum autem negarunt. Nec maius excitatum fuisse scandalum, si dixissent montes excelsos, quam cum incaseatos maluerunt: vel sterilib. concedi liberorum copiam, quam cum μηρογενεσις nescio quos commenti sunt: ut alia prætermittam huiusmodi.

X. Tertio: quis æquum censeat, vnius Ptolomei maiorem haberi rationem, quam ipsius Spiritus Sancti; quam omnium quibus iidem libri erant communicandi? Certe si id factum est, duo illustria nobis suggestur argumenta aduersus huius editionis autoritatem. Primo enim, humanam fuisse euincimus, nimirum, quia autores ei regi particulariter gratificari volunt, à quo tum tota natio magnis beneficiis effet affecta: tum ipsi magnifice laudissime queant accepti. Caerunt igitur post tantam munificientiam, ne eum abs se, suove populo abalienarent, si quædam legeret in eorum libris, non satis ad suum palatum. Quæ prudentia non potuit esse diuina. Secundo, concludimus, non esse eam editionem factam in gratiam Ecclesiæ, sed infidelium gustui accommodatam.

XI. Altera causa erat, ne arcatum fidei vulgarent: id est, ne sanctum darent canibus, & margaritas poreis obicierent. At, si haec legitima fuit causa, tum nihil omnino vertere debuerunt: annon enim tota Scriptura est Sancta? nonne totum eius corpus smaragda est? Aut nonne arcana est fidei creatio mundi, peccatum Adæ, secundus cum Abraham initum, & circumsisione firmatum, aliaque plurima? Secundo saltem abstinere debuerunt à reliquis peruetendis, in quibus nullum arcana fidei: quod ut dixi, non est factum. Tertio haec ipsa causa demit huic editioni onus in Ecclesia auctoritatem. Nam que mysteria occultanda erant Ethnicis, ea sunt patefacta Christiani, quib. eam ob causam necessaria est editio, quæ fidelissime reddat, quæ à Spiritu Sancto sunt patefacta.

XII. Quod attinet ad Augustinum, demus veniam viro bono. Nam tum temporis Patres pie (inquit Bellarm.) quærebant rationes excusandi & defendendi eam versionem, qua tunc vrebatur Ecclesia. At veritati omnia præiudicia cedere oportet. Sumit igitur bonus ille Pater, pro cōcessione, quod tamen falsum est: Septuaginta illos fuisse Prophetas: hoc nos prolixè confutauimus. Enimvero, quis altitudinem Propheticam agnoscat iis locis, quorum sensus multo humilior est Graece, quam Hebraice? Neque enim ἐπιφρόνεια sive ἀμφασις, quanta Hebraici vocabuli quo significatur incubatio, sive somnium. Nam etiam hodie ventus fertur super aquas unde factum est, ut eum locum ex 1. Genesios, quidam interpretati sint de vento: cum tamen aquas ventus non foueat, quomodo pullos avis incubans: quo argumento Hieron. contendit locum intelligentium de Spiritu Dei. Ergo hoc saltem loco desedit altitudo Prophética. Quid de sis loquar, quib. dissimilata sunt fidei mysteria? Scil. altius de Christo Septuaginta prophetatunt, cum dixerunt, ἵζει τὸ πεπονισμένον τὸν τέραν ἀνθρώπων: formam habet sanctorum verborum: post ad Timoth. c. I. Quare Hierony. qui hoc ipsum Horatij præceptum valde probat, factos tamen libros extra ordinem posuit, Epistola ad Pammachium de optimo genere interpretationi. Ego (inquit) non solum fateor, sed libera voce profiteor, me in interpretatione Graecorum, absq; Scripturis Sanctis, ubi & verborum ordo, & mysterium est, non verbum è verbo, sed sensum exprimere de sensu.

XIII. Venio ad Sutorem: & primum de verbis respondet: si licere Interpreti non reddere verbum verbo, sicut vult Horatius: ut tamen duo sint obseruanda. Primum, non esse omnino eandem rationem librorum sacrorum & aliorum: nam illos multo religiosus tractandos. In Ecclesia enim non tantum pura retinenda est doctrina, sed etiam eius tradendæ legitima forma: vnde Paulus Timotheum sic admonebat, ἵζει τὸ πεπονισμένον τὸν τέραν ἀνθρώπων: formam habet sanctorum verborum: post ad Timoth. c. I. Quare Hierony. qui hoc ipsum Horatij præceptum valde probat, factos tamen libros extra ordinem posuit, Epistola ad Pammachium de optimo genere interpretationi. Ego (inquit) non solum fateor, sed libera voce profiteor, me in interpretatione Graecorum, absq; Scripturis Sanctis, ubi & verborum ordo, & mysterium est, non verbum è verbo, sed sensum exprimere de sensu.

XIV. Secundo, si disceditur ab hac verborum religione: saltem ut sensus æque bonis verbis, æque bene reddatur: nam si vel humilius, vel ob-

XX scurius,

scurius, vel incertius: tum sane tantundem decidere necesse est de interpretationis perfectione. Quod etiam in prophanis libris a se qui difficultatum: teste Hieronymo in prefatione ad Eusebii Chronicon. Difficile est, inquit, alionas linguas in sequentem, non alicubi excidere ardorem, ut quae in aliena lingua bene dicta sunt, eundem decorum in translatione conseruent. Quantum magis in libris sacris vnu venire consentaneum? vbi non tantum augustinus est mysteriorum maiestas, sed etiam magnificientior verborum dignitas? Itaque eodem loco Hieronymus diserte negat, diuinorum voluminū instrumenta, a Septuaginta interpretibus edita, eundem saporem in Graeco sermone custodire. Et hic quidem, venia facilis, fateor: sed veniam potentiibus. Aduersari autem, non hoc volunt, ut veniam demus Interpretib. Sepruaginta, si quid illis humanitus acciderit: imo omnino negant illis quicquam humani accidisse: & numerari volunt in censu Prophetarum, cum Mose cum Esaiā, cum reliquis. Viderint, quid agant.

XV. De sensu, primum dico, non tantum diuersum esse quibusdam locis, sed etiam contrarium. Neque enim illa maior est contrarietas, quam cum idem negatur & affirmatur. Vt in Genesi de coruo: Et Psalmo 74. non cognoverunt, pro cognoscetur. Quidni addam illud Genesios c. 30. cum Hebraice dicitur Ioseph accusasse fratres: Graece autem contra accusatus à fratribus? Et Psalmo 19. εὐτὸν ἡλιος τὸ οὐρανοῦ ἀντεῖ, in sole posuit tabernaculum suum: pro, soli posuit tabernaculum in eis. Nam quid est sensus inuersus, si non est cōtrarius? Falso igitur Sutor asseruit Septuaginta nihil dixisse, quod pugnet cum veritate Hebraica.

XVI. Secundo. excusari diuersitatem ex eo, quod diuersa simul stare, id est, vera esse possunt, ineptissimum est commentum. Ratio est, quia non Philosophice agitur de rerum ipsarum veritate aut falsitate: sed Grammatice de interpretationis fide: hic autem cum unius eiusdemque loci, vnum eundemque sensum esse oporteat: tum profecto fieri non potest, vt, quicunque discedit ab eo vno sensu, verum dicat; quia posterioris inductio negationem infert prioris. Exempli gratia, Iobi trigesimo Hebraice ita habet, *E medio expellebantur clamabant contra eos, tanquam furem.* At Graece,

πριμοὶ δὲ καὶ πρωτοτόχοι εὐθέσης παντὸς ἀγαθῆς εἰ μίζας ἐξ λαβεῖσαν· τὸ δὲ λιμὸν μετράλας ἵππους σούνιον μονοκλέτη. In honorati autem & viles habuit. digentes omnis boni, & quiradices lignorum mandebant, pra fame magnam surrexerunt mishi fures. Quicunque hunc asserat verum esse huius loci ieiunum, qui tamen ē verbis Hebraicis vnicum tantum retinuit, idque postremum: prius necesse est ut neget illum esse genuinum: sicut ergo iam tum tradidit.

XVII. Denique utrem paucis complectar: ab interprete id postulatur non ut verba suo ingenio congerens qualemcunque sensum reddat: sed ut autoris sui eo loco iis verbis sententiam exprimat. Nam si initium Genesios Deus conservat *cælum* & *terram*: seruatis tantum postremis vobis: ut Graece factum est in loco Iobi proxime citato: quis audet negare, me sensum boni, pium, & religiosum expressisse meis verbis? Et tamē merito omnes cl. at mendacem, corruptorem, impostorem. Nimis, quia hoc à me interpretate omnes expectant, ut quid eo loco, hoc est, hoc primo veriu primi capituli Genesios Moses dixerit, fideliter reddam: quia tamen longissime discessi.

XVIII. Reliqua non sunt difficiliora. Assentio distoniantiam non esse à Iudeis: sed vicissim nego esse à Spiritu Sancto: concludens esse partim apłis Septuaginta, partim è libratis. Nam & librarios non sincere excepti. pli, infinita codicum diuersitas fidem facit. At vero quoties contentiuntur omnes codices, quid dicemus? An vero suspicabimur facilius omnes omnium locorum scribas, conuenire potuisse, quam omnes per totum orbem dispersos Iudeos, ut omnia falsarent exemplaria.

XIX. Itaq; nego vel magna diligentia opus esse, vel exspectandam nouam aliquam inspirationem: sed hac tantum generali, certissimaq; regula, ac nunquam fallente: ut quicquid dissentit ab Hebraico contextu, id fallat esse sciamus, siue à Iudeis, siue à Septuaginta interpretib. siue à notariis: siue ab alia quacunque causa: propterea q; non esse diuinam, non esse authenticam Graecam Bibliorum editionem: ὅπεριδειδίζεται.

LIBER DECIMVSQVARTVS. DE VULGATA EDITIO NE LATINA.

Caput Primum.

DE AVTORITATE VULGATÆ EDITIONIS LATINÆ.



LATINA Editione longe animosissima Catholicis est & Papistis cōtrouersia. Tridentini sic definiuerunt, sessione quarta, Canone 2. *Insuper eadem sancta Synodus considerans non parum utilitatis accedere posse, se ex omnibus Latinis editionibus, qua circunferuntur, sacrorum librorum, quantum pro authentica habenda sit, innotescat, statuit & decernit, ut hac ipsa vetus & vulgata editio, qua longo tot seculorum usus in ipsa Ecclesia probata est, in publicis lectionibus, disputationibus, predicationibus & expositionibus pro authentica habeatur, & ut nemo illam reijcere quouis preteritu audeat, vel presumat.*

II. Post hoc decretum, qui ea de re scripsérunt, alijs alii mitius vel severius loquuti sunt. Andreas Vega ei Concilio interfuit, eiusque mentem cum præfens cognovit, tum didicisse se iactat à Cardinali sanctæ Crucis, qui præsidem agebat, spiritumque illum, qui Roma ad eum in pecta (vt propterbio iactarum memorat Sleidanus libr. 22.) adueniebat, familiarem non habere non poterat. Is scriptis, referente Andradio, nihil aliud Tridentinos illos Patres, cum vulgata Latinam editionem authenticam pronunciarunt, signare voluisse, quam nullo eam defecdatam errore existere, ex quo pernicisum aliquod dogma in fide & moribus colligi possit: atq; ideo adiecisse, ne quis illam quouis prætextu rei ere auderet. Imo Driedo de Translatione Sacrae Scripturae lib. 2. c. 1. *Apostolica sedes editionem Hieronymi vel approbavit, vel acceptavit, non tanquam sic penitus consonam Scripturis editionem in suo fonte, & in omnibus sic integrum, puram ac restitutam, ut non licet ulli vel. xaminare illam, collatione facta ad suum fontem, vel in locis qui busdam dubitare, si forsitan Hieronymus sit accusatus verum Scripturae sensum: sed tanquam omnibus editionibus tunc factis preferendam, & in regulis fidei ac morum nusquam deniam: & tanquam ialem qua publice legatur & recipiatur in r̄sum. Credo tum Vegam, tum Driedonem, tum Andradium puduisse eius decretū: videoque molire voluisse. Nam facile vident omnes altius aliquod mysterium latere sub iis verbis. Nihil n. eximium Vulgatae versioni tribueretur, quominus in ciuidem laudis participationem venirent Pagninus, Arias, ut nostros taceam.*

III. Itaque multo severius ali. Stapletonus diserte aduersus eos disputat, qui Latinam vulgatam editionem Veteris & Noui Testamenti debere ab Ecclesia pro sola authentica, & sacra Scriptura approbari negant: nam & eorum obiectiones dissoluit, & contra disputati: & quidem citato hoc ipso Tridentino Canone: vnde facile colligimus, sic ab eo Canonem intellectum, ut editio Latina non tantum sit authentica, sed etiam sola authentica. Disputatio est in Relectione, controvertia quinta, quæstione tertia, articulo tertio.

IV. Canus libro secundo cap. decimo tertio causam hanc quatuor conclusionibus definit. Prima, Veterem vulgatamque editionem, quam post

Hieronymi tempora usurpauit Ecclesia Latina, fidelibus esse retinendam in his omnibus, quæ ad fidem, & mores spectabunt. Altera. Si quam orum & fidei quæstio inter Catholicos exoriat, eam definiti oportere per eandem editionem: ita videlicet, ut si eius testimonium aliquod alteram quæstionis partem confirmauerit, ea sit Catholicis amplectenda: sin reprobauerit, reiencia. Tertia: In fidei ac morum disputatione, non esse nunc temporis ad Hebraica, Graeca ex exemplaria prouocandum, nec ex iis etiam controværterum fidem esse faciendam. Postrema: In his quæ ad fidem & mores pertinent, non esse Latina exemplaria per Hebraica, vel Graeca corrígenda.

V. Denique VWhitakerus testatur Lindanum in primo libro de optimo genere interpretandi, Latinam editionem Hebraicæ Graecæque anteponere. Julius Caesar Bulengerus contra Plessuum libro tertio capite scritto, cum citasset locum ex decimo quarto capite Iobi in haec verba, *Quis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me?* inde Purgatorium conatus adstruere, *Sed, inquit, Hebraice haberi, Quis dabit, ut abscondas me in inferno, dum transcat furor tuus?* Sed apud me multo pluris est Latina editio quam Hebraica. Adeo ille ex auctoritate Tridentina scindere nodum didicerat, quæ solui non posse nouerat.

VI. Et tamen Bellarmine mendacij Caluinum accusat, quod dixit, decreuisse Tridentinos Patres minime esse audiendos eos, qui ex fonte ipsorum liquorem proferunt, & ex certa veritate falsum coarguit. Quæbrem vero mendacij? Quia fontium nullam mentionem illi fecerunt: sed solum ex tot Latinis versionib. quæ nunc circunferuntur, vnam delegerunt, quam cæteris anteponenter.

VII. Sed Caluinus facile purgatur. Nam boni illi Paterculi, non tantum vulgatam reliquis prætulerunt, sed hanc eadem declarant esse authenticam: quod quidem multo plus est, quam alijs simpliciter præferre. Er vitid ipsum, quid sibi veller, non esset necesse inquirere, interpretati sunt, ut neemo illam rei jecere quouis prætextu audeat: Nam quid illud est queso, quod dicitur, quouis prætextu: si hoc non est, ne excepta quidem Hebraicæ Graecæque editione id est, ne quis, cum obijcietur aliquis locus, excipere possit, aliter haberi in *υπηρεψοι:* Atque hoc iure si Papistæ non vtuntur, magnus eius Concilij idolatriæ: tum sane concedatur id ei Concilio in mentem non quam venisse. Quanquam quid alios dicam? Nonne ipse Bellarmine, ipse inquam Bellarmine, corruptam potius editionem Hebraicam pronunciauit, quam vnum agnosceret errorem in Latina? Sed & Stapletonus suam illam de editione Latina sola authentica sententiam, probat ex hoc ipso decreto. Non negauit Canus in rebus fidei & morum corrigit ex fontib. si sit dissensus: Quod tamen nec folius dixit. Nā Gresseris Apologia lib. 2. c. 10. to. 1. diserte. Si quod ad dogmata fidei vel morū attinet, Graecæ Hebraicæ fontes à vulgata versione discrepent: intrepide (nota duxi in tabula) eā huiusmodi fontib. præferimus, ut pote corruptis: quia decretū Ecclesia habuit,